



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Additiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

## De Haikka propria Babenberg.

**O**TTO Dei gratia sanctæ Babenbergensis Ecclesiæ indignus licet Episcopus, cunctis fidelibus. Notum esse eupimus, tam futuris quam presentibus, qualiter *Chuno de Horburch*. vna cum vxore sua *Adelheu*, quandam suæ proprietatis famulam *Heilkam* nomine, interuentu fidelium nostrorum tradiderunt super altare sancti Petri in *Babenberch* in presentia nostri, ea videlicet condicione vt tam ipsa *Heilka* quam omnis suæ posteritatis successio potiatur eo iure quod summi ministeriales Ecclesiæ *Babenbergens.* noscuntur habere. Quæ traditio vt omni æuo inconuulsa permaneat, presentem cartulam fecimus inde conscribi, quam & sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Quicumque ergo sciens eidem *Heilke* aliquam iniuriam vel violentiam fecerit, si correptus non correxerit, nec emendauerit, sed in nequitia sua perstiterit anathema sit. Huius traditionis testes sunt hi, de fidelibus ac ministerialibus nostris *Poppo de Aborn. Starker de Mittechindorf, Fridericus & frater eius Otto de Liuttenbach, Ezzo & Outto de Burgelin, Gundenloch, Pippin & Pillunc de Podelendorf, Ebo de Trebensdorf, Heinricus de Chuerbelenriuet, Wilbalm de Minegehausen, Rudolf de Osterhouen & frater eius Gotebolt, Ruediger de Ebringen. Berichtolt de Tetelingen, Rapoto & Dietmar de Poedingen, Hartlieb de Reichendorf, Ernest & Adelbrecht de Muchil. Chunr. de Maminsdorf, Chunrat de Vraha. Hartunc, Ludvveich & Adelbrecht de Meginuelt, Walchel de Islingen, Hartlieb de birlebez, Adelram de Mulhaim. Heinr. de Paumgarten.* Preter hos *Ligilbertus* Decanus, *Chun:* Custos, *Tuto* Magister, *Vadalricus* longus, *Eberhardus* Capellanus, *Voichmar* *Helmrich* de *Warza.* De ministerialibus siue fidelibus predicti *Chunonis* *Purchardus* de *Windesbach, Hartnit* de *Greifesbach, Eberhart* de *VVillenbach, Sigebot* de *Trennelin, Ludfrid* de *Litespach, Gernot* de *Butendorf, Karl.* de *Rostal, Eberolf* de *Hafela, VVolfstrigil* de *VVinezgor, Aribo & frater eius Friderich* de *VVartenberch, Sigefrid* de *Chaldorf, Berichtolt* de *Svvaba, VVecil & Hertvveich* de *VVartenberch.* Anno dominicæ incarnationis M. C. XXXVIII. Indictione prima, X. Kal. Iunij, regnante *Chunr.* Rege primo anno regni eius in Curia *Babenberg* habita, feria II. post sanctum Diem *Pentecostes,* acta sunt hæc.

Donatio Ecclesiæ in *Chassen.*

**R**egenbertus Dei gratia Pat. Ecclesiæ Episcopus, vniuersis Christi fidelibus. Cū iustum sit quemcunque bonorum honestis religiosorum, occurrere votis, nos quoque fratres nostros *Osterhouen.* Deo militantes, debita benignitate amplectentes ex auctoritate domini Apostolici *Eugenij III.* & rogatu Domini *Eberhardi* Ven. *Babenberg.* Episcopi, cuius locus ille subiaceret ditioni cum consensu cleri & populi nostri, Ecclesiam *Chassen* cum omnibus pertinentiis suis quæ nostri iuris erant, ipsis in legitimam possessionem contradidimus. Verum ne successores nostri vllum sui seruicij paciantur detrimentum, & possint nostrum calumpniari factum, sed & largitionis ipsius perpetuam stabilitatem atque firmitatem, accepimus ab ipsis in commutationem prædium *Rosbach* quod ab eis iure fuerat possessum. Igitur prædictam Ecclesiam eisdem fratribus vsibus ipsorum profuturum, auctoritate apostolica & nostra firmamus & stabilimus & ad indicium firmitatis hanc paginam sigilli nostri impressione munim⁹. Testes autem horum sunt *Marchio Engelbertus & frater eius Comes Rapoto, Hertvrich* de *Hagenaue, Pabo* de *Zulling. VVernherus* de *Wainesdorf, Otto* de *Mosen, Dierthus* de *Hals.*  
*Chunr.*

Chum. de *Itbēspach*. *V Vernber* & frater eius *Richger* de *Osterna*. & plures alij sub ead. sigilli nostri impressione firmamus, & banno prædictæ Ecclesiæ *Ostherhouen*. decimas *Goffenpach*, & prædiolum accepto ab ea, *Homingeshube* & prædio *Missebach* in concambium. Testes sunt *Alram* de *Chamb*. *Hartvrich* de *Hagenarve*. *Ekkolf* de *Warte*. *Engelboto* de *Berendorf*. *Wilhaim* de *Mulhaim*. *Regenger* de *lohensdorf*. *Adelbrecht* de *Birenbach*. *Gotebolt* de *Ostherhouen*. Datum anno incarnationis dominicæ M.C.XLIII.

Introductio ordinis ad Ecclesiam cum libertatibus à se de.

**E**ugenius Episcopus seruus seruorum Dei: dilectis filiis *Truthmaro* Præposito *Ostherhouen*. Ecclesiæ sanctæ *Margarethe* eiusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam inperpetuum professis. Quoniam sine vestræ cultu religionis nec charitatis vnitas potest subsistere, nec DEO gratum, exhiberi officium, expedit apostolicæ auctoritati relegendas personas diligere, & eorum loca pia protectione munire. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub Beati *Petri* & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes vt quascunque possessiones quæcunque bona in præsentiarum iuste & canonicè possidetis; aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum oblatione fidelium, seu alijs iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant. Sane laborum vestrorum quos proprijs manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum nullus omnino à vobis decimas exigere præsumat. Statuimus quoque vt ordo Canonicus secundum Beati *Augustini* regulam & institutionem fratrum *Pramonstraten*. perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter obseruetur. Addentes etiam interdicens, vt nemini professionis vestræ facultas sit alicuius leuitatis instinctu vel arctationis religionis obtentu sine præpositi vel congregationis vestræ licentia de claustris discedere, quod si discederet, nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus omnino hominum, sine communium litterarum cautione eum audeat retinere. Si verò secundo tertioque vocatus redire contempserit, liceat eiusdem loci Præposito canonicam in eum proferre sententiam. Licet quoque vobis in comuni interdictis ipsius terræ exclusis excommunicatis & interdictis submissa voce officia celebrare, Porro sacramenta ecclesiastica à dyocesano suscipietis Episcopo siquidē catholicè fuerit & gratiam atque comunem comunione apostolicæ sedis habuerit, eaq; vobis gratis & sine prauitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin Catholicū quemcumq; malueritis adeatis antistite, qui nimirū vestra saltus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Prohibem⁹ insuper vt nullus aduocatus locū vestrū siue homines vel bona ad ipsum pertinentia iniustis aut indebitis audeat exactionib. fatigare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, nisi fortè excommunicati vel interdicti nullus obstat, salua iustitia matricis Ecclesiæ. Decernimus igitur vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuerē quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conferuentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsib. oimodis pro-

dis profutura, salua sedis apostolicæ auctoritate & diocæsani Episcopi canonica iustitia. Si igitur aliqua in futurum ecclesiastica sæcularitue persona huius nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptauerit secundo tertioque commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore & sanguine DEI & Domini redemptoris nostri & Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant Amen. Datum *Viterbij* X. Kal. Ian. Indiët. X. An. Dñi M. C. XLVI. Pontificatus Domini *Eugenij* Papæ III. anno secundo.

Confirmatio donationis Ecclesiæ in  
*Chassen.*

**C***Hunradus* Dei gratia *Palat.* Episcopus. Vniuersis Ecclesiæ fidelibus salutem in perpetuum. Nos à Deo inspirati, & religiosis bonorum exemplis prouocati, quæ antecessores nostri Pontifices deuote secundum Dominum in suis priuilegijs nobis tradiderunt renouando confirmamus, & si qua ipsis in eodem spiritu facere potuerimus ne in oblivionem quandoque deueniant, testibus & scriptis commendare curamus; ex quibus est illud quod olim communi utilitate & petitione multorum interueniente, inter prædecessorem meum benedictæ recordationis *Reinbertum* Episcopum & fratres *Osterebrouen.* Ecclesiæ celeberrimæ cum euenientia Cleri & populi *Patauien.* factum est concambium, quando sicut extat in priuilegio illorum fratribus præfatis, Episcopus ille Ecclesiam *Chassen* cum omnibus suis pertinentiis temporalibus pariter & Ecclesiasticis contradidit, & ab ipsis prædium in *Rossenbach* situm pro æquiualehti concambio recepit. Decimas quoque de curtes ipsorum simili modo contradidit, accepta pro digna commutatione ab eisdem fratrib. *Honingeshube* & prædio *Mistelbach.* Nos igitur & illud & omnem præfato loco legitime factam sine donationem siue quarumcunque rerum commutationem libenter cognoscetes antecessoribus nostris Episcopis non solum consentimus, sed eorum quoque sicut & nostras in quorumcunque beneuolentias sæpe iam dictis fratribus exhibitas omni fauore & astipulatione munimus. Denique tempore nostri Pontificatus tum utilitatis ratione, tum pro litis decisione quem mut. rationabiliter tertiam partem decimarum prædictæ curtis priori innitentes priuilegio sibi usurpasse videbantur commodum, atque per necessarium, consilio & instantia nostrorum fidelium, nobis & prætaxatis fratribus fieri concessimus concambium; quatenus videlicet ipsis eandem tertiam partem decimarum, quæ in *Gossenspach* nos & vicarium nostrum sacerdotem atinebat perpetuo iure traderemus, & ab eis prædiolū sui iuris in *Christorff* situm pro concambio sicut factum est recipere. Vt igitur hæc nostra prædecessorisque nostri largitio prædictæ Ecclesiæ *Ostereb.* fratrum inibi DEO famulantium vsibus omnimodis seruitura firma & inconuulsa permaneant, auctoritate apostolica ac nostra sub banno præsentis pagina confirmamus ac stabilimus, & ad iudicium firmitatis paginam hanc sigilli nostri impressione munimus. Testes sunt. Ego *Chunr.* sanctæ *Patau.* Ecclesiæ Episcopus. Ego *Ropertus* presb. S. *Sixti.* Ego *Chunilo* Archipresb. Ego *Robertus* Decanus sanctæ *Patau.* Ecclesiæ. Ego *Syghardus* presb. indignus Ego *Otto* Archidiaconus S. *Pat.* Ecc. & Cancellarius. Ego *Albertus* presb. & Sacrista *Patau.* Eccl. Ego *Hainr.*

*Heinr.* presb. plebanus S. Pat. Eccl. ad S. Paulum. Ego *Heinr.* Scholasticus. Ego *Gozwinus* Diac. S. Pat. Eccl. Ego *Otto* Subdiac. Pat. Ego *Heinr.* Subdiac. *Heinr.* Prefectus, *Ratisponensis.* *Aramus* de Chambe, *Weinhardus* de Iulbach. *Erkenwvertus* de Mospach, *Engelbertus* de Planchenburch, *Amelbrecht* de Erling. *Meinbart* & filius eius *Heinr.* de *Spilbert.* *Ekkolf* & *Herlieb* Postmunster. *Otto* & frater eius *Engelbrecht* de *Sirubene.* *Dietrich* de *Wernarn.* *Reicher* de *Osterna.* *Wipoto* de *Ort.* *Hartmut* & *Germut* de *Austria.* *Fridericus* de *Etschelbach.* *Marquardus* de *VVolsa.* *Fridericus* de *Recebach.* Acta sunt an, ab incarnatione Dñi M.C.LV. Indictione prima. VI. an Pontificatus Dñi *Cbunradi Patavi.* Episcopi, regnante *Friderico Romanorum Imperatore III.* anno regni eius. Datum Pat. per manus *Ruperti Patavi.* Decani, VIII. Kln. Decembris.

De duplici festo sancti *Egidij* & missa & donatione  
possessionum à *VVintzariis.*

**C**Hunr. Dei gratia Pat. Ecclesie Episcopus. Vniuersis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Sicut decet Rectores Ecclesiarum subditorum mentes verbis & exemplis ad meliora accedere, ita nihilominus iustum est spontaneas fidelium deuotiones & religiosos conatus digna amplecti benignitate, digno attollere fauore & illorum exemplo quoque fideles informare. Hinc itaque notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus, quod DEO deuotus vir *Hartlieb* de *VVintzer Babenberg.* Ecclesie ministerialium non infimus, diuinitatis instinctu ad domus DEI decorem augmentum in Ecclesia sanctae *Margaretae Osterhouen* altare in honore sanctorum Confessorum *Egidij, Nicolai, Augustini* cum consensu & fauore dilecti fratris nostri *Engelschalci* eiusdem Ecclesie tunc *Propositi* coriusque *Osterhouen* chori, reliquique conuentus fratrum construxit, & vna cum praedictis fratribus à nobis dedicari obtinuit & patrimonij sui portionem, honeste dotauit. Haec autem sunt praedia quae ad dotem consignauit Ecclesiae *Christorff* cum adiacenti & molendinis dimidium mansum *Vriendorff,* praedium *Vihausen,* praediolum *Chading,* praediolum supra *Harde,* praediolum *Multauue.* Haec itaque per manus *Salmani* sui *Goteboldi* de *Osterhouen* nobis praesentibus super confessionem praedictorum Confessorum ipsa die dedicationis praetaxati altaris delegauit, praesente petente quoque vxore & filiis eiusdem. Hoc ea conditione vt ad idem altare quotidie pro parentibus suis missa defunctorum dicatur: cum tamen Sacerdotum facultas permiserit, dictis aliis missis, quas Canonicus ordo, & eorum regularis consuetudo celebrari exigitur. Et vt memoria omnium parentum suorum annuatim proxima die post anniuersariam consecrationis die saepe dicti altaris, id est, V. Kln. Martij cum plenario defunctorum officio celebratur. Insuper vt festum S. *Egidij* celeberrime cum duplici festo à Clero & populo illius Ecclesiae celebretur, & in praedictis memoriis toti congregationi, de memoratis praediis pro consuetudine celebrium festorum ad mensas ministraretur. Omni ergo Conuentu fratrum coram nobis his praedictionibus assensum praebentibus, nos quoque vt praedicti viri deuotio exigeret, volentibus etiam fratribus omnibus, omnes praescriptas conditiones ita vt praedictum est in posterum inconuulsa conseruandas, nostra auctoritate & banno studuimus comunire. Testes autem horum omnium fuerunt *Poppo* de *Mesingen,* *Hartlieb* de *Wintzen,* & filij eius, *Eberhart* & *Hartlieb,* *Gotebold* de *Osterhouen,* & filij eius *Dietrich* & *Gotpolt,* *Rapoto* de *Poding,* *Rudiger* de *Ebring.* *Eppo* & frater eius, *Marquard* de *Hergoltingen,* *Eberhart* & frater eius, *Ekkhart* de *Anbaldesdorf,* *Isingrem* de *Gurichingen,* *Eschwin* de *Raphestorf,* *Rudiger* offo, *Dietreich,* *Chunrad* de *Osterhouen,* *Heinr. Vlreich* de *Mulheim.*

Petrus

*Petrus & filius eius Chunrad. de Linzingen, Chunr. de Otmaring, Hartmann VVernhart, homines Hartliep.* Vcigitur hæc prædicti largitio viri vñibus prædictorum fratrum in Osterhouen Deo famulantium profutura, firma, & inconuulsa perpetuis temporibus permaneat, & vt conditiones eius immuniatē seruentur, auctoritate Dei omnipotentis & nostra, sub banno præsentis pagina firmam<sup>9</sup> & stabilimus, & ad iudicium firmitatis cum testimonio & fauore *Patauen.* chori, paginam hanc sigilli nostri impressione communimus. Datum *Patau.* III. Idus Nouemb. Anno ab incarnatione Domini M.C.LIX. XI. an. Pontificatus Domini *Chunradi Pat.* Episcopi. Regnante *Friderico Romanorum Imperatore VII.* anno regni eius.

### De manfo in *Girching.*

**H***ermannus* Dei gratia *Babenberg.* Episcopus, cunctis Christi fidelibus in perpetuum, Notum esse volumus tam futuris quàm præsentibus, quod beneficium *Eisengrini* ministerialis nostri de *Guriching,* in eadem villa positum ab ipso nobis recognitum & resignatum Ecclesiæ sanctæ *Margar.* & fratribus inibi Deo militantibus ad perpetuam possessionem tradidimus. Vt ergo ista traditio nostra vñibus prædictorum fratrum in perpetuum sub seruitura inconuulsa permaneat, hoc nostre largitionis chyrographum ad indicium firmitatis impressione sigilli fecimus nostri muniri. Testes sunt de Choro nostro *Gotpoldus* Archidiaconus: & Capellanus *Wilhelmus,* Capellanus. De fidelibus ac ministerialibus nostris, *Hertnit,* de *Ratendorff.* *Albertus* de *Chamb.* *Heinr.* de *Widen,* *Engelhardus* de *Pibelnried,* *Albertus* de *Tundenuelten,* *Gundelohobus* de *Bedelndorf,* *Marquardus* de *Wilhalmeistorff.* *Gozwinus* & frater eius *Rudolfus* de *Osterhouen.* *Chunr.* de *Winzer,* *Eppo* de *Hergolting,* *Rapoto* & filius eius, *Rapoto* de *Pöding,* *Otto* de *Sleten,* *Otto* de *Pincerna,* *Albertus* & frater eius, *Eberhardus* de *Iahenstorff,* *Heinr.* de *Spilvverch* & plures alij. Actum *Osterhouen,* Anno incarnationis Dominicę M. C. LXXII. Indictione V. regnante Domino *Friderico Romanorum Imperatore* inuictissimo, anno regni eius XV. III. Imperij verò XVII.

### Concambium pro decima *Geroltingen Grezenrauth & VVartperch.*

**T***heobaldus* cęlesti gratia *Patauen.* Episcopus, Cunctis Ecclesię suę Christique fidelibus perpetuam in ipso salutem. Multorum ante nos religiosi patrum incitati exemplis fratribus quibuscunque sed præcipue deuotē Domino seruentibus fauore & iusta petentibus assensum pariter & operam libenter debem<sup>9</sup> impendere. Proinde concambium quoddam infra subnotata tam nostrę quàm multorum fidelium præsentia *Patau:* ante aram S. Protomartyris *Stephani* ex æquo & vtiliter habitum, scripto nos & testibus in perpetuum notificare & corroborare dignum & necesse duximus. Cuius tenorem à modernis pariter & futuris Christi fidelibus, iugiter in omni tempore in memoria retineri cupientes cunctis innotescere volumus, quod religiosi fratres de domo S. *Margareta* in *Oster.* cum fratribus nostris de choro vtile inuentes concambium per manum aduocati sui *Adelberti* de *Chamb.* tradiderunt præfato protomartyri arua quædam suę proprietatis, *Chedingen* videl. & *Rütthe* in perpet. *Kathedralium* vsus habenda, ipsique vicissim in recompensationem tertiam decimarum partem receperunt, quam nostri fratres prænomi nati choro videl. præfidentes habebunt viculis annotatis. Hoc est *Centingen, Geroltingen, Grezenrauth & VVartperge.* Amplius,

plius quoque idem religiosi cœnobite eodem in loco simul & tempore per manum eiusdem patroni sui tradiderunt ad prædictum altare prædium quod habebunt *Mezingen* quo statim inbeneficiatus *Adelramus* de *Chambe* per manum nostram resignavit nobis duas partes decimarum in prædictis pagis perfoluendas quas nihilominus eisdem cœnobitis iugiter obtinendas tradidimus. Et ad huiusmodi actionis contractus, omnem respicient contradictionem stabilis maneat, & semper indisturbatus, chartam hanc inde conscribi & sigilli nostri affixione ut est evidens iussimus insigniri, cum testibus subter appositis, Ex nobilib. *Engelbertus* de *Blanchenberch*, *Albertus* & frater eius *Alyamus* de *Chamb*. Ex ministerialibus verò *Heinricus* *Spilberch*, *Rugerus* de *Holtzhausen*, *Pabo* de *Galchvveis*, *Gumpolt* de *Pornheim*, *Waltherus* *Eninckel* *Rapoto* de *Pöding*, *Alkerus* de *Waldeck* & filij eius *Alkerus* & *Heinricus* *Chaldelaus* de *Valkchensteinne* *Eberhardus* de *Buchenperg*, *Vernherus* de *Aichenbach*, *Perngerus* de *Vabendorff*, *Rapoto* de *Pfaffensteten* *Dac*, sunt Pat. prædicta Anno ab incarnatione Domini M. C. LXXVII. Indictione verò IX. Ego *Fridericus* Decanus Pat. laudo & subscribo, *Sigwardus* laudo & subscribo, Ego *Albertus* l. & SS. Ego *Iacobus* l. & SS. Ego *Frid.* l. & SS. Ego *Pilgrinus* l. & SS. Ego *Gozwinus* l. & subscribo. Ego *Heinr.* l. & SS. Ego *Dietmarus* laudo & SS. Ego *Adalbero* l. & SS. Ego *Vilhelmus* l. & SS. Ego *Gerhardus* l. & SS. Ego *Reinbot.* l. & SS. Ego *Wernhardus* l. & SS. Ego *Vdalricus* l. & SS. Ego *Purchardus* laudo & SS. *Dac. Pat.* per manus Domini *Henrici* Scholastici VII. Kln. Iun. regnante Domino *Frid. Roman.* Imperatore inuictissimo, annor egni eius XX. Imperij verò XVIII.]

### L. De IX. lib. dandis de Hall.

**I**N nomine sanctæ Trinitatis & indiuiduæ unitatis. Ego *Otto* Dei gratie *Babenberg.* Ecclesiæ Ep̄s. Notum facio tam præsentibus quam futuris, concambium quod inter vos & dilectum fratrem nostrum *Engelschalkum* *Osterhouen.* Cœnobij Præpositum & eius fratres factum est.

Ex prima & antiqua *Osterhouen.* Cœnobij fundatione & institutione fratribus ibidem Deo seruientibus quædam pecunia de redditibus Domini *Babenberg* Episcopi ad officium eorum vestiarij annuatim perfoluebatur. Hæc autem pecunia de officiis sex locorum Domini Episcopi collata sic dabatur. De *Osterhouen.* Ino talen. & LX. nummi dabantur, de *Vvinzer* IV. tal. & XXX. nummi. De *Dingoluing* 4. tal. de *Ering* V. sol. & VI. D. Pecunia autem hæc in vnam summam cõputata IX. tal. & III. sol. fiunt. Hunc itaq; numerum esse diligenti inquisitione & computatione habita procuratoribus ipsorum officiorum testificantibus inuenimus. Quia verò pecunia descripta à fratribus eiusdem claustris sparsim & laboriosè colligebatur & interdum eis dare differebatur, rogatu supradicti dilecti fratris nostri *Engelschalki* Præpositi, & eius fratrum eandem pecuniam ab eis in concambium accepimus, & pro remedio animæ nostræ tantundem, id est IX. tal. & III. sol. de *Salina* nostra apud *Halle* à Præposito nostro eiusdem salinæ quicumque fuerit annuatim his temporibus quibus nobis dabatur & eo iure quo nobis datur accipiendam tradidimus & delegauimus. Hi testes adhibiti sunt *Perchtoldus* Marchio de *Andehsen*, & filius eius *Perchtoldus* Marchio ministerialis eorundem, *Godfridus* & *Ortungus* de *Andehsen*. Capellani Episcopi, Dominus *Hermannus* de *Vilhelmstorff*, Dominus *Leupoldus* de *Velden*, Dominus *Adelbertus* de *Crana*. Dominus *Fridericus* de *Matenchouen* Ministerialis Episcopi, *Gundelobus* Marfchalcus de *Tundenuelden*, *Marquardus* de *Purgelnie*, *Herwardus* de *Hag*,

*Marquardus Pincerna, VVeiger de Stein, Heinr. de Giche, Heinr. de Oberngesazer, Eberhardus nobilis de VVolsperg, Burchardus nobilis de Landevvurch de Saxonia, VVadricus nobilis de Otlobsdorf, Ministerialis Episcopi, Eppo de VVintzer, Chunradus de VVintzer, Chunradus de Gundelchouen, Gotiboldus de Osterhouen, Rugerus & filius eius VVadricus & frater eius, VVadricus, Rapoto de Pöding, Gozvvinus de Fronchenburch VVernhardus de Pillenovv, Dominus Adalbertus & frater eius, Alramus, VValchun de Chamb, Marquardus Laidevvrevvt de Mantenchouen. Datum Aterse, Anno Dominicæ incarnationis M. C. LXXX. Indictione tertia decima regnante Friderico Imperatore.*

### De hubis in Osterhouen.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Otto Dei gratia Babenberg, Episcopus, sanctorum qui ante nos fuerunt Episcoporum exemplo inducti, immo apostolica ammonitione informati suorum Dei inopiam nostra supplere debemus abundantia, vt pro omnibus & pro his qui in sublimitatibus sunt liberius exorare possint, Proinde mansum illum quem *Vlrico* filius *Rugeri* quödam Procuratoris mei in Osterhouen. in beneficium habuit, qui eodem *Vlrico* mortuo inuacabat Domino *VValthero* Præposito in Osterhouen, & fratrib. eius ad seruendum Deo in eodem loco sub eo collectis Episcopatu & nobis semper deuotis iure perpetuo tradidimus hoc pacto, vt seruitium quod ex illo manso dabatur annuatim soluant. Vt factum hoc firmum & ratum permaneat, ne ab aliquo conuelli debeat, huius scripti paginam sigilli nostri impressione testibus quoque multis munuimus. Testes sunt de Choro Babenberg Dominus *Dietricus* Archydiaconus de *Hergolsbach*, Dominus *Tyemo* Præpositus S. *Stephani*, Otto de *Lintenbach* de ministerialibus *Dapifer*, *Gundelchus*, Otto de *Sletben*, *Gozvvinus* de Osterhouen, Eppo de *VVintzer*, *Chunr.* de *VVintzer*, *Rapoto* de *Pöding*, *Eberhardus* de *Arvvaltsdorf*, *Albertus* de *Iahenstorf*, *Gotiboldus* *Gisehler*, Eppo & frater suus, *Otto*, *Rudolfus* *Menigoz*, *Heinr.* villicus, *Eberhardus* *Minus* *Grenil* *Sabso*, *Perngerus* procurator Episcopi de *VValberdorff*. Dat. anno Domini M. C. LXXXVIII.

### Annauerfarium Pabonis Sacerdotis.

**M**EMORIA præsentium & futurorum scripto duximus tradere dignum qualiter Deo deuotus *Pabo Alburgensis* Ecclesiæ tunc temporis minister idoneus & sacerdos nobis ex amico factus est amicissimus. Cum enim ad nos descendisset & mores nostros & institutionem nostram prudenter & subtiliter considerasset respectu æternæ beatitudinis exspectans partem in retributione omnium iustorum consilium fuit ei tractare nobiscum de rebus animæ suæ. Vt autem id consilium suum perduceret ad effectum, elegit magis affligi detrimento temporalium rerum quam priuari iucunditate futurorum bonorum. Vnde est quod vineam XII. tal. emptam nobis tradidit hoc pacto: Vt dies obitus eius cum pleno officio vigiliarum & missa defunctorum apud nos singulis annis agatur, & eadem die Conuentui ad mensas plenarie seruiatur. Porro vt annuerfarium hic ratum & inconuulsam omni perseveret tempore tenaci pacto firmavit, laudante hoc & confirmante & præsentis scripti chyrographo posteris commendante Domino *W.* Præposito cum totius congregationis fauore & assensu in generali Capitulo. Acta sunt hæc anno incarnationis Dominicæ Millesimo Centesimo LXXXVIII.

De



## De Decima vinearum in Austria.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ. Ego *Theobaldus* sanctæ *Pataviæ*: Ecclesiæ Episcopus. Commissæ nobis dispensationis auctoritas exigit & debitum charitatis, nihilominus exoptulare videtur, quod Monasteria in Episcopatu nostro constructa prouida debeamus sollicitudine respicere & personas quæ in eis diuinis mancipatæ sunt obsequiis paternè diligere, & earum indigentis propensius subuenire. Hac enim ad incrementum salutis nostræ & Ecclesiæ adeo nobis commissæ prouenire non dubitamus. Proinde præsentium clarescarnotitiæ & futurorum innotescat memoria, quomodo nos propria inducti benignitate, consilio quoq; Chori nostri & ministerialium *Pat.* Ecclesiæ salubrius inuitati, quasdam decimas quæ de vineis fratrum de *Osterbouen.* nobis & Episcopatu aîuatim persolui debuerant. Præposito præfati Monasterij qui pro tempore fuerat & fratribus ibidem DEO militantibus eorum indigentis subuenientes, quia virtus hospitalitatis apud eos plerumq; vigerè videtur quam in personale beneficium concessimus duntaxat quod decimationes illas in dieb. Pontificatus nostri quiete & sine difficultate qualibet possidere deberent. Volentes igitur *Waltherus* Præpositus & fratres prænominati Monasterij incerta pro certis commutare & ea quæ ipsis in beneficium concessa fuerant, in prædium & perpetuam donationem redigere, paternitatem nostram multis & assiduis precibus exflagitare studuerunt, quatenus aliquod prædium quod prædictarum pensionibus decimationum æquipollenter & ex æquo & ex integro annuatim respondere valeret, in concambium ipsarum recipere vellemus. Precibus quoque illorum benignè inclinati, etiam Monasterij prouida animaduersione consulentes desiderii perentium satisfacere duximus eatenus, quod prædium quoddam *Ibshouen* nuncupatum iuxta flumen *Wolfa* situm, quod in agris cultis & incultis siluis quoque & in prætis est in estimatione trium hubarum & dimid. cum adiacente sibi molendinò per manû nobilis viri *Adelberti* de *Chamb* aduocati Monasterij ipsorum, super altare S. *Valentini* pretiosi Confessoris Domini delegatum suscepimus prædium Episcopatus nostri dominicalibus & prædiis publicè & solemniter articulantes. Hac interposita conditione, quod in arbitrio colonorum supra nominati prædij poneretur, si nobiscum vellent, vel cum eo ad quem ex nostra concessione præfatum deuolueretur prædium sine coactione & angaria qualibet permanere debeant. Si verò ipsis nobis cohabitare non placuerit lege colonica abire permittantur. Sane decimas omnium vinearum quas tunc temporis *Chremfani* habuerint, vel imposterum emptione; vel & fidelium donatione, Domino auxiliante adipisci potuerint, eis in perpetuam proprietatem pontificali tradimus potestate. hoc adiecto, quod exinde anniuersarius obitus nostri apud eos orationibus & elemosinis sicut fieri assolet obseruetur. Vt ergo hæc donationis nostræ memoria cunctis futuris temporibus inconuulsa & illibata, permaneat nos hanc inde chartam conscribi, & sigilli nostri impressione muniri iussimus. Adijcientes vt nullus successorum nostrorum hanc nostræ auctoritatis paginam infringere, & præfatis fratribus factam donationem auferre, minuere, vel abalienare præsumat. Huius rei testes sunt, *Adelbertus* aduocatus de *Chamb* & frater eius *Aramus* Ego *Theobaldus* *Pat.* Episcopus SS. Ego *Fridericus* S. *Sixti* Dyaconus SS. Ego *Vdalricus* *Ardeacensis* Præpositus & Dyacon, SS. Ego *Meingotus* *Pat.* Archidiacon. SS. Ego *Rudigerus* Dyacon. & Scolasticus SS. Ego *Heinr.* presb. SS. Ego *Megenhalmus* presb. thesaurarius SS. Ego *VVernherus* de *Ascha* presb. SS. Ego *Chunr.* de *Purchausen* presb. SS. Ego *Heinr.* Præpositus S. *Nicolai* SS. Ego *Purchardus* de *Chamb* Subdyacon. & Capellanus Curie SS. Ego *Rudigerus* de *Aheim* Subdiac.

SS. Ego *Tyemo* Subdyacon. SS. Ego *Rittherus* Scholasticus *Frisacensis* & Subdyaconus SS. Datum in Palatio *Patauen:* per manum *Tagenonis* notarij & presbyteri Ecclesiæ *S. Andreæ* in *Austria* iuxta montes *Comagenos*. Anno incarnationis Dominicæ *M. C. LXXXVIII.* Indictione *X.* sub Domino *Vrbano* Papa III. regnante Domino *Friderico* imperatore gloriosissimo, Anno regni eius *XXXVII.* Pontificatus verò Domini *Theobaldi XII.*

De Muta in *Patavia*.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Wolfkerus* Dei gratia *Pat.* Episcopus. Omnibus Christi fidelibus in perpetuum, Episcopali officij dignitas exigit loca venerabilia, atque religiosas sanctæ conuersationis hominum personas pio amore complecti, eorumque iustis postulationibus aurem benignam apponere. Quapropter carissimi in Christo fratris nostri *D. Gerungi* Vener: Præpositi in *Osterhouen.* sanctæq; illius loci congregationis precib. quæ nobis sedulo exhibet seruitijs inclinati simul & iuge sacrificium cottidianæ laudis quod ibi solempniter Deo offertur considerantes ad eiusd. diuini seruitij incrementum & fac. cõuentus augendum subsidium, iustitiam fori nostri in *Pat.* quod *Marchtrecht* dicunt, iustitiam quoque nostram de *Thelo.* quod *Muta* vocatur in nauibus ipsorum victualia portantibus eis in perpetuum cum cõiuentia fratrum nostrorum de *Choro* & ministerialium in perpetuum remisimus, quatenus sicut ibi iugiter salutaris hostia imolatur, ita vt nostri iugis memoria habeatur, Et vt hæc nostra remissio semper inconuulsa eidem loco permaneat, atque inuiolabiliter obseruetur, hanc cartam nostro sigillo roboratam eis conferibi & signari præcipimus. Testes etiam subterannotari mandamus. Ego *Heinr.* Decanus laudo & subseribo. Ego *Meingotus* Archidiacon. & Præpositus I. & SS. Ego *VVernherus* Archidiaconus I. & SS. Ego *Sacerdos* SS. Ego *Arnoldus* Subdyacon. SS. Ego *Dietmarus* SS. Ego *Ortolfus* Præpositus SS. Ego *Rucherus* SS. Ego *Heinricus* SS. Ego *VVernherus* SS. Ego *Meinhardus* SS. Ego *Arnoldus* SS. Ego *Dyemo* SS. Ego *Heinr.* SS. Ego *VValchun* SS. Testes etiam *Richkerus* de *Nesen.* *Ekkolfus* de *VVarte.* *Chunr.* *Dapifer* *Syboto* de *Aemhartstorff.* *Albertus* pn. *Tyemo* de *Puechenberg.* *VWilhelmus* de *Stein.* *Meinbalmus* *VValchun* de *Schabtar.* *Pernoldus* *Ruffus.* *Heinr.* Comes de *Ortenberch.* *Altmannus* de *Helmgersberg.* Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis *M. C. XCV.* Indictione *XIII.* *XI* *Kl.* Septemb. Anno Pontificatus Domini *Celestin* PP. V. anno, Imperij Dom. *Heinr.* Imperatoris inuictissimi V. anno & Pontificatus nostri V. feliciter Amen.

f. incorn.

Donatio libertatis sine *Muta* & *Thelon.*

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* Dei gratia Dux *Austria* omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quia valde nobis pertimescendum est, ne nos qui plus cæteris in hoc mundo accepisse videmur ab auctore mundi grauius iudicemur. Idcirco sanctos & religiosos viros in locis venerabilibus degentes eos ibi Domino seruietes summa veneratione colendos & de facultatibus nostris adiuuandos dignum ducimus quatenus in retributione iustorum per eorum orationes fieri mereamur præmio beati qui sumus pietate deuoti vt recipiamus pro paruis magna, pro terrenis caelestia, pro temporalibus sempiterna. Magna igitur instantia Domini *Gerungi* venerabilis Præpositi in *Osterhouen.* simul & fratrum eius precibus deuicti diuinæ mercedis intuitu & pro remedio patris nostri qui eis in expeditionibus suis grauite nocuerat, & omnium parentum nostrorum iustitiam nostrâ quæ vulgo *Muta* vocatur

vocatur in nauibus victualia eorum portantibus plenarie ipsis & in perpetuum remissimus, & ne quis successorum aut officialium nostrorum hanc nostræ benignitatis & remedij donationem infringere audeat vel contra eam temerè venire præsumat, præsentem paginam conscribi fecimus & sigilli nostri munimine roborauimus: testes etiam annotari præcepimus. *Wolkerus* Episcopus Pat. cuius suffragio impetratum est. *Wernherus* de Griez pach, *Chrasto* de Anzeinspach, *Albertus* de Khamb. *Rapoto* de Steine, *Hadmarus* de Chunring, *Wweichardus* Dapifer de Seuel, *Wweichardus* de Zebingen, *Eisenricus* de Annedorf, *Hugo* de Pazouue, *Ortorfus* Azenpz, *Otto* & fratres eius *Adeloldus*, *Hartungus* de Cheirve, *Otto* de Puchperch, *Chalhobus* de Meichsaruue, *Otto* de Brosenprunne, *Fridericus* Pipnaph, *Otto* de Radenprunne, *Pilgrimus* de Mulbach, & filius eius *Albero* & frater eius *Chalhobus*: *Vlr.* de Glotzen, *Gebhardus* de Steine, *Heinricus* de Chiorve, *Rudolfus* Stuck, *Hugo* & filius *Heinrici* de Molanstorf, *Tiemo* Gerualtel, *Dietmarus* de Liechtensteine, *Poppo* de Parneckk, *Heinr.* Letespt, *Dietricus* & *Pernoldus* Mutarij & monetarij eo tempore de: *Chrembs*, *Sifridus* iudex, *Eberger*, *Hunolt*, *Sifridus* in solo, *Engelfridus* *Heinr.* Dux *Ortrvvinus* *Vorsprech*, *Leupoldus* *Wwechsler*, *Hermannus* *Vaub*, *Meinhardus* & pater eius *Pitrolfus*, *Aiglo*, *Sigmarus* de Steine, *Vlr.* *Strudel*, *Vto* *Ekbarigus*, *Gerungus* *Rapoto* *Vngesmach*, *Albero* *Munt*, *Aeschvvinus* *Marquardus* *Vinitor*, *Heinr.* *Zugelinch*, *Heinr.* *Mutter*, *Alhohus* *Fridericus*. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis M.C.XCVI. Indictione XIV. In Castro *Chirve* VIII. Cal. Aprilis, regnante Domino *Heinrico* inuictissimo Romanorum Imperatore & semper Augusto, anno Imperij eius VI. In nomine Domini feliciter Amen.

## De Muta &amp; Thelon, per terram

Austria.

Omibus Christianis expedit præcipuè his quos Deus Principes populorum voluit & iudices fideles qui per eum regnant & saluari desiderant, bonæ conuersationis homines & loca pia ac venerabilia summo affectu & deuoto patrocinio beneficiis amplecti & aures benignitatis nostræ iustis postulationibus illorum accommodare: ea propter accidit quod Dominus *Gerungus* venerabilis & dilectus noster Præpositus in *Osterhouen* cum fratribus inibi Deo famulantibus accedentes præsentiam nostram iugiter nos rogauerunt quatenus respectu Dei pro salute nostra & redemptione patris nostri qui eis nocuerat in expeditionibus suis & omnium parentum suorum ad augmentum quotidiani seruitij Dei iustitiam nostram quæ *Muta* dicitur in nauibus victualia eorum portantibus remitteremus sperantes quod communionem orationum eorum habeamus: hanc autem gratiam & iustitiam consilio & conuiuentia fidelium ministerialium nostrorum præfato loco contulimus & impressione sigilli nostri muniri & confirmari præcepimus, vt ratum & inconuulsam perpetualiter maneat, testimonio omnium infra descriptorum corroboremus. *Wolkerus* Episcopus: *Pataviens*: cuius petitione & suffragio hoc beneficium consecuti sumus. *Wernherus* de Griez pach, *Chrasto* de Anzeinspach, *Albertus* de Khamb *Rapoto* de Steine, *Hadmarus* de Chunring, *Wweichardus* Dapifer de Seuel, *Wweichardus* de Hebingen, *Eisenricus* de Annedorf, *Hugo* de Peraruue, *Ortolfus* de Azenpurck, *Otto* & frater eius *Adeloldus* *Hartungus* de Chirve *Otto* de Puchperch, *Chalhobus* de Michsaruue, *Otto* de Porsenprunne, *Fridericus* Pipnaph, *Otto* de Radenprunne, *Chalhobus* & frater eius *Pilgrimus*, & filius eiusdem *Albero* de Mulbach, *Vlricus* Glokenz, *Gerhardus* de Steine *Heinr.* de Cheisaruue, *Hugo* & filius eius *Heinr.* de Molandestorff, *Tiemo* Gerueldel, *Dietmarus* de Liechtensteine, *Poppo* de Parneckk, *Heinr.* *Leteshart* de *Chrembs*, *Sifridus* *Iudex*, *Eberger*

Metrop. Salisb. Tom. III.

b 3

*Hunoldus*,

*Hainoldus; Sifridus in foro, Engelfridus Heinr. cognomine Dux, Ortwinus pro locutor, Leupoldus Wechsler, Hermannus Vauch, Eberger, Meinhardus & pater eius Pitrolfus, Aigilo, Sigmarus de Stein, Vvicus Strudel, Vto Ekhardus Gerungus Rapoto Vngefmach, Albero Munt Aeschvvein Marquardus Vmitor, Heinr, Zuglinch, Heinr. Muter, Albohus Rudolfus Steinb, Fridericus.* Acta sunt hæc VIII. Kln. Aprilis anno ab incarnatione Domini M. C. XCVI. Indictione XIV. regnante inuictissimo Romano; rum augusto *Heinr.* anno autem Imperij eius VI.

### De sylua *Hafenspach* vsque *Rental* infra

*Schaidvveg.*

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Tiemo* Dei gratia *Baben*. Ecclesiæ humil. Eps Remunerationis Dominicæ nos amonet intuitus & hortatur, quem admodum & compassio naturæ inducit, ut eos qui nullo seu mediocri aut minus sufficienti, fulciuntur amuniculo, dum tamen facultas suppetat, in suis comodatib. studeamus promouere, præsertim cum ad promerendam promissæ nobis propriæ gloriam si per nos promoti fuerint hoc nobis non dubitemus ad profectum mercedis æternæ profuturum. Notum ergo esse desideramus tam præsentis ætatis quam successuræ posteritatis vniuersis Christi fidelibus, quod nos considerata in Monasterio nostro *Osterhouen* lignorum penuria portionem quondam syluæ nostræ memorato cœnobio adiacentem, & nobis minus vtilem Beatæ *Margaretæ*, Virg. & M. in perpetuitatem & vsum perpetuum fratrum ac sororum in diuinis obsequiis die noctuque inibi desudantium instinctu diuino iuste & legitime contulimus, hoc tamen inducentes, ut in posterum oïum prædecessorum ac successorum nostrorum nostræque paruitatis memoria ibi haberetur. limites tamen huius donationis, sic distrinximus à *Valle Hafenspach*, sicut diuidit via quæ dicitur *Schaidenrvech*, vsque ad locum qui *Rental* dicitur. Hoc itaq; factum nostrum si quis infringere seu violare attemptauerit anathema sit, & cum maledictis igne torqueatur æterno. Sed ut firmum & inuiolabile permaneat, simili nostri munimine constituimus roborari. Huic rei testes sunt *Chunr*, vener. Abbas de *VVindberg* *Goteboldus*, *Chunr*. Capellani *Poppo Eschvov*, *Coteboldus* de *Osterhouen*. *Altmannus* de *Helgersberg*, *Rapoto* & *Dietricus* de *Poding*, *Eberhardus* & *Chalobus* de *VVinzer*, *Rudiger* de *Ebering* *Ervinus* de *Zeidlarn*, *Ezelo* de *Aming* Datum anno Dominicæ incarnationis M. C. XCVIII. Acta sunt hæc petitione & interuentu Domini *Gerung* venerabilis Præpositi *Osterhouen* Cenobij.

### De Muta & Thelon. in *Austria*.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Leupoldus* Dei gratia Dux *Austria* & *Styria*, omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Pater noster Beatæ memoriæ Dux *Leupoldus* damnum quod in itinere cum *Ortenburch* obsideret Ecclesiæ in *Ostenhouen* ac fratribus intulit, ipsis in aliquo recompensare cupiens in extremis pia suis amonitione instructus filio suo beatæ memoriæ fratri nostro Duci *Friderico* commisit, ut id ipsum quod morte præoccupatus facere non potuit, frater noster loco sui prosequeretur, frater igitur noster pro remedio patris nostri præfatæ Ecclesiæ ac fratribus donauit ut bona ipsorum vbi que apud *thelonea* siue *mutas* suas absque vectigali & eo quod dicitur *Sürfart* & penitus absque omni iuris perfolutione libere tam per terram quam per aquam ducerentur, eis super hoc priuilegij sui cautelam impendens. Nos itaque parentum ac prædecessorum nostrorum in bene actis vestigia sequi cupientes pro salute animæ patris & fratris nostri, nec non & nostræ prædictis fratrib. hoc ipsū donam⁹, videlicet *Mutā* & *Sürfart* & presenti pagina sigilliq; nostri impressione subscriptioneq; testū, quorū nomina sunt hæc id ipsū eis confirmamus.

mus, Capellani *Chun*, & *Wolfgangus* *Chrasto* de *Amzinpach*, *Wernhardus* de *Scharu-berch*, *Walchuno* de *Griez-pach*, *Weichardus* *Dapifer* de *Seueld*, *Heidenr.* de *Gors*, *Otto* de *Hafelârve*, *Pilgrinus* de *Sovartzenarve* & frater suus *Ortolfus*, *Otto* de *Stayze*, *Dietmarus* de *Charnbrunne*, *Hartnidus* de *Orte*, *Erchengerus* de *Zandset*, *Vlr.* de *Stubenberch*, *Otto* de *Chrems*, officiales *Herbordus* & *Dietmarus*. Datum per manus *Vlrici* apud *Pledling* super *Tsermos*, Anno incarnationis Dominicæ M. C. XCVIII. XVI. Kln, Septemb.

De Huba *Zeidlarn*.

IN nomine sanctæ & indiuiduę Trinitatis Amen. *Ekbertus* Dei gratia *Babenberg*, Ecclesię electus, omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Decet omnes quos ad spiritualis regiminis apicę diuina gratia voluit sublimare bonis iustisq; petitionibus aurem suę clementię non auertere, votisq;ue piis ac superna inspiratione conceptis desiderijs libenter annuere. Vnde petitionem dilecti nostri Prępositi *Gerungi*, & fratrum in *Osterhouen* iustam attendentes, bonę voluntatis amplitudine exaudiuimus, & quod à prædecessore nostro felicis memorię *Chunrado Babenberg*, Ecclesię electo acceptum possederunt, nosque eisdem fratribus meritis sanctorum duplicia recepturi contradidimus, magnum non iudicantes, si carnalia nostra eis seminemus, vt eorum spiritualia metamus, vt ex æqualitate in præsentem tempore nostra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia nostra inopię sit supplementum, Igitur Hubã vnã in *Zeidlarn* sitam, quã *Rugerus* de *Ebring* quondã in beneficio habuit, prædecessoriq; nostro hoc pacto, vt eisdem fratribus traderetur resignauit. Nos quoq; fratribus supradictis omnis iustitię plenitudinem confirmauimus. Vt autem hæc largitatis nostrę donatio vsibus prædictorum fratrum in *Osterhouen* firma in reliquum permaneant, scriptura paginę huius firmamus, & ad indicium stabilitatis sigilli nostri impressionem muniuimus, cum testimonio, consensu, & fauore eorum qui præsentem aderant. De Dominis Cathedralibus, de Capellanis & ministerialibus nostris, quorum hæc nomina sunt. De maiori Ecclesia Dominus *Gundelohus* Decanus, *Syboto* Archipresb. *Gotfridus* & *Hertnidus* Canonici de titulo S. *Stephani* in *Babenwerch*, *Gotpoldus* & *Leupoldus* frater eius, Canonici de titulo S. *Iacobi* *Purchardus* Sacerdos & Canonicus. De ministerialibus nostris *Otto* de *Sleben*, *Marquardus* *Slich*, *Chalbolus* de *Wintzer*, *Dietricus* de *Poding*. Acta sunt hæc anno incarnationis Dominicę M. CC. III. coram altari S. *Iohannis Baptistę*, primo anno electionis Domini *Ekperti* in Episcopatam, V. Kln, Octob.

Anniuersarium *Reinoldi* de *Perndorf* cum matre.

VNiuersis tam præsentibus quam futuris, præsentem scriptum intuentibus. Prępositus *Osterh.* totusq; eiusdem loci Conuentus orationes in Domino. In libro scriptum monstratur *Machabæorum*, quod pro defunctis sit res exorare salubris, quod bene *Reinoldus* vir prudens præmeditatus obtinuit precibus, quod in hoc consensimus eius ipsius vt matris obitus per nos recolatur officio pleno diuino quolibet anno, sed per Conuentum deuotius vt peragatur, quatuor ipse libras nobis offerre probatas dare curauit firmum pro lege notari, dimidia nostris de rebus vt omnibus an. accepta lib. confratrum cedat in vsum, ergo quod intacta maneant, quę sunt recitata præsentem chartam præcipimus inde notatam, Ecclesię nostrę bulla nostraq; serata. Testes autem huius rei sumus nos Prępositus, C. Prior, S. Subprior, H. Senior, H. Cellarius, *Gozberch* *Rebus*, *Dietpoldus* *Wal*, *Wil*, *Ebus*. VI. Sacerdotes, VI. H. Dyaconi, *Frid*, H. Subdyaco, & alij quam plures familiares nostri.

## De seruitio in Cœna Domini.

**A**D memoriam posterum transmittimus, qualiter homo nobilis *Dietricus de Attenperg* contulit huic Ecclesiæ XX. lib. argenti spe mercedis æternæ. Hac videlicet ratione & conditione, vt annuatim in Cœna Domini pro remedio animæ suæ plenariè toti congregationi seruiatur. Sumptus autem seruitij huius de curte nostra *Lintzing* & III. Sol. de curte *Oberndorf* colligatur. Facta sunt hæc præsidente huic loco Præposito Domino *Gerungo*, anno administrationis eius quarto, anno autem ab incarnatione Domini Mill. CC. XXIV. factum est cum omni diligentia, promouit frater *Heinr. Surverpir*.

De Parochia in *Osterhouen* & filiabus.

**E***kbertus* Dei gratia *Babenberg*. Episcopus. Vniuersis fidelibus salutem. Quanto deuotio religiosorum virorum studiosius mandatis diuinis inhæret, & creatori suo per opera sanctæ conuersationis intendit, tanto humani generis inimicus ad turbationem eorum suæ fraudis malignitate laborat, & variis modis eis præstat materiam litigandi, vt sic ipsos retrahat à præposito quod iam incepterunt. Hinc est quod nos volumus Ecclesiæ in *Osterhouen* quæ ad nos ratione juris patronatus spectare dinoscitur in posterum prouidere ne falsitas veritati possit præiudicare, aut iniquitas præualere æquitati. Vniuersitati vestræ volumus constare protestantes, quod dicta Ecclesia cum omnibus filiabus suis pleno iure ad fratres Deo ibidem militantes spectare & pertinere cognoscitur. Ne autem super huiusmodi protestatione aliquo modo possit dubitari, & vt fratribus jus eorum saluum permaneat, presentem paginam sygilli nostri munimine roboramus, Anno ab incarnatione M. CC. XXVIII.

De Aduocatia eiusdem per Episcopum *Babenbergen*.

**O**mnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. *Ekbertus* Dei gratia *Babenbergen*. Ecclesiæ Episcop. salutem in Domino. Vniuersitati vestræ patere volumus & constare, quod nos subscriptam priuilegij formam cum sygillis hic annotatis in thesaurario nostro reconditam habemus & conseruatam. *Ludovicus* Dei gratia Palatinus Comes *Reni*, & Dux *Bauaria*, omnibus in perpetuum. Quoniam labilis est memoria hominum, ideo ne ea quæ ritè agantur, postmodum in dubium reuocentur, consueuerunt scripti munimine roborari. Quapropter notum esse cupimus tam præsentibus quàm futuris, quod venerabilis Dominus noster *Ekbertus Babenberg*. Episcopus nos & *Ottonem* filium nostrum, & omnes hæredes nostros qui nobis iure feudali debent succedere, de feodo *Alrami* & *Alberti* fratrum de *Hals*, quod ab ipsis euicit, & mediante sententia obtinuit, coram rege rationabiliter infeodauit. Hoc pacto interposito quod de eodem feodo nihil infeodare nec obligare nec vendere, nec aliquo modo obligare debeamus, nec aliquo modo alienare debeamus ab Ecclesia nec possumus. Adiectum fuit præterea quod nos & noster filius & nostri hæredes debeamus esse contenti antiquo iure aduocatiæ, quod per priuilegia vel per seniores terræ illius poterit declarari; & vt hæc in sua firmitate permaneant, præsentem paginam sygillis Serenissimi Domini nostri *Heinrici Rom.* Reg. *Alberti Magdeburg* Archiepiscopi, *Heinr. Winacensis* Episc. *Heinr. Episc. Aisteten.* atque nostro nostrique filij *Ottonis* Palatini Comites *Reni*, & *Leupoldi* Ducis *Austriæ* fecimus muniti. Testes autem hi sunt, *Rudolfus* Palatinus Comes de *Tenning*, *Hermannus* Marchio de *Paden*, *Chunn*. *Purgrauius* de *Novemberkh*, *Heinr.* Comes de *Otingen*, *Fridericus* de *Trubendingen*, *Dapifer* de *Walipurch* *Chunradus* Pincerna de *Wintersteten*, *Chunn*. de *Winsperch*, *Gotfridus* de *Dikkenpach*, *Hertovicus* de *Hirsperch*, *Leupoldus*

\*  
Tubing

*poldus Pincerna de Vogelsperch, Hademarus de Chunring, & alij quam plures. Acta sunt hæc apud Ezzeling, Anno Domini M. CC. XXVIII. primæ Indictionis. Et vt his plena fides adhibeatur, præsentem paginam munimine sigilli nostri roboramus.*

Donatio Paroch. *Osterhouen*, cum annexiis.

**N**OS *Berchtoldus* Dei gratia *Babenbergen*. Episcopus, præsentis scripto protestamur. Nos literas venerabilis patris antecessoris nostri felicitis memoriæ *Ekkerti* Episcopi vidisse de verbo ad verbum sub hac forma. *Ekkertus* Dei gratia *Babenbergen* Episcopus vniuersis Christi fidelibus salutem. Quanto deuotio religiosorum virorum studiosius mandatis diuinis intenditur, tanto humani generis inimicus, ad turbationem eorum suæ fraudis malignitate laborat, & variis modis eis præstat materiam litigandi, vt sic ipsos retrahat à proposito quod iam inceperunt. Hinc est quod nos volumus Ecclesiæ in *Osterhouen* quæ ad nos ratione juris patronatus, spectare dinoscitur in posterum providere, ne falsitas veritati possit præiudicare aut iniquitas præualere equitati. Vniuersitati vestræ volumus constare protestantes; quod dicta Ecclesia cum omnibus filiabus suis, nostra & antecessorum nostrorum largitione pleno iure ad fratres Deo ibidem militantes, spectare & pertinere cognoscitur. Ne autem super huiusmodi protestatione aliquomodo possit dubitari, & vt fratribus jus eorum saluum permaneat, præsentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. Anno ab incarnatione Domini M. CC. XVIII.

Protestatio litis de Ecclesia in *Chassen*.

**I**N nomine Domini nostri Iesu Christi Amen. Nos *Vricus* miseratione diuina *Patauien*, Archidiaconus, iudex à sede apostolica delegatus. G. eadem miseratione Decanus apud sanct. *Nicolaum* in *Patau*. Iudex subdelegatus omnibus hanc paginam inspecturis, salutem in verò salutari. Ad notitiam cupimus peruenire tam præsentium quam futurorum, quod cum nos de mandato apostolico ad querimoniam *Pilgrini* Clerici, venerabilem in Christo fratrem nostrum, *Heinr.* Præpositum in *Osterhouen*, *Patauiam* peremptorie citassemus, & ipse coram nobis die statuto compareret, jam dictus *Pilgrinus* Clericus, petiit à nobis quatenus Præposito & Conuentui in *Osterhouen*, auctoritate qua fungeremur, præcipere deberemus, vt ipsum P. Clericum Ecclesiam in *Chassen*, ad quam per venerabilem in Christo fratrem nostrum *Popponem Altabensem* Abbatem Episcopo *Patauien*. Dyocesano ipsorum canonice sicut dicebat fuerat præsentatus quiete & pacifice permitterent possidere. Sed cum jam dicti Præpositus & Conuentus in *Osterhouen* per priuilegia & confirmationes *Patau*, Episcoporum, nec non & per præscriptionem legitimam Ecclesiã in *Chassen*, tam in temporalibus quam in spiritualibus ad se pleno iure pertinere parati essent probare, cum etiã jam dictus Abbas *Altab* in iudicio coram nobis comparens requisitus à nobis, vtum se jam dicto P. Clerico præsentatorem in Ecclesia *Chassen* recognoscere responderet quod ipse Conuentus in *Osterhouen* præscripserat impedire nollet vel aliquo modo perturbare. P. Clericus nescimus quo instinctu ductus, vel qua improbatione petitorum desicere se credebat, vel quia in iustã litẽ se foueri sciebat, liti & actioni quam aduersus Conuentum in *Osterhouen* intenterat voluntariẽ cessit nullis profus precibus, vel illektionibus super cessione huius interuenientibus, reddens ei rescriptũ quod super hoc à sede apostolica obtinuerat. Nos igitur habito super hoc prudentiũ nostrorum consilio, cum propter recognitionẽ Abbatis

*Altabensis,*

*Altabensis*, quam coram nobis fecit Conuentui in *Osterhouen* super jure quod ipsi *Osterhouen*. habebant in Ecclesia *Chassen*, tamen etiam propter voluntariam cessionem jam dicti P. clerici Conuentum in *Osterhouen* ab obseruatione huius<sup>3</sup> iudicij sententialiter absoluius Ecclesiam in *Chassen* pleno jure tam in temporalibus quam spiritualibus adjudicantes eisdem ad quod faciendum id nos precipue induxit, qui per autenticum scriptum venerabilis in Christo fratris *Ludwici* Abbatis in *Alderspach Cisterciens.* ordinis, cui in iunxeramus ut priuilegia *Osterhouen* Ecclesie inspiceret nobis constitit Ecclesiam *Chassen* a felicitis memorie *Reinberto* quondam *Patau.* Episcopo, Conuentui *Osterhouen.* per Concambium fuisse traditam & postmodo a successore suo bonae memorie *Churado* ejusdem Ecclesie Episcopo confirmatam. Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini M. CC. XXVIII. XIII. Kln. Iulij in Conuentui majoris Ecclesie in *Patauia.* Testes hujus rei sunt P. Abbas *Altabensis* & eius Monachi, *Vlr. Bohemus, Wilhalmus* Can. de *Osterhouen.* *Rudolfus* & *Traiboto* Can. *Patau.* *Chunr.* major plebanus<sup>3</sup>, *Eberhardus* de *Veubtenpach.* *Albertus* de *Poffenmünster* R. de *Lansdorf.* Clerici vero *Vlr.* plebanus de *Mundsing.* *Chunr.* Scolasticus, *Heinr.* Physicus de *Ebrv,* *Walchün* cognomine *Dyabolus.* *Hartlieb* notarius Episcopi. *Pilgrinus* de *Walchirchen,* *Rickerus* & *Heinr.* de *Pezenpach* de domo *S. Nicolai* Can. & alij quam plures.

#### De Mutain *Tekkendorf* & *Maedling.*

Vniuersis presentem paginam inspecturis. *Albertus* Comes de *Pogen* salutem. Vniuersitati vestre constare volumus & patere, quod nos fratribus in *Osterbouen* intuitu mercedis diuinae remittimus & indulgemus, jus quod habemus in rebus ipsorum, quæ deducuntur per comitatum nostrum siue in Danubio siue in *Ysara*, tam in viis, quam in portibus, tam in ascensu quam in descensu, ita quod nihil soluant officiatibus nostris. Et ut prædictis fratribus jus eis a nobis collatum saluum permaneat & perpetuum, presentem paginam munimine sigilli nostri roboramus, transgressoribus eam poenam infligentes, ut nobis vel ei ad quem jus nostrum deuoluitur quinque libras persoluant. Testes huius rei sunt. *Heinr.* de *Pholingen,* *Rudolfus* *Reubt,* *Godfridus* de *Schainbach,* *Albertus* de *Erlpach,* *Dietmarus* de *Podingen* & alij quam plures. Data Anno gratiæ Millef. CC. XXVIII.

#### De decima *Straubing* & *Ellenpach.*

*Ludwicus* Dei gratia Comes Palatinus *Reni* & Dux *Bavvaria.* Vniuersis Christi fidelibus salutem. Vniuersitati vestre volumus constare & patere, quod nos pro amore Dei Ecclesie sancte *Margareta* in *Osterhouen* contulimus perpetuo decimantes omnium reddituum nostrorum in *Straubing* & *Ellenpach.* Volumus etiam ut prædictæ decimationes non transeant in obligationem vel alienationem, sed prædictis fratribus ejusdem loci semper saluæ permaneant. Et ut ista donatio perpetua sit presens scriptum munimine sigilli nostri fecimus roborari. Data sunt hæc anno gratiæ Mill. CC. XXX. in *Ritenpurch.* Testes *Anshelmus* de *Iusting.* *Chunr.* & filius eius ejusdem nominis de *Hobenuelde,* *Pincerna,* *Leutoldus* de *Augia,* & filius eius, *Vricus* & *Ludwicus,* *Perchtoldus* *Pincerna* de *Oze,* & *Heinr.* notarius eius.

#### Possessiones à Dominis de *Horbach,* sunt sine aduocatia & omni exactione.

Vniuersis Christi fidelibus *Ludwicus* Dei gratia Comes Palatinus *Reni* Dux *Bavvaria* salutem. Contra falsam iniquorum assertionem & ne ipsa falsitas præjudicet



præjudicet veritati. Vniuersitati vestræ presentium auctoritate & in figura iudicij finaliter sententiam, quod omnes possessiones tam cultæ quàm incultæ collatæ Ecclesiæ sanctæ *Margaretæ* in *Osterhouen*, à *Chunrado* de *Horbach*. & à progenitoribus suis sunt sine jure aduocatiæ, nisi vnicus filius eius *Chunr.* velit ipsas defendere, habito respectu æternæ retributionis, & sine omni honore & onere jure aduocationis. Testes autem nostræ sententiæ sunt Comes *Heinr.* & *Chunr.* de *Mosburch*, Comes *Albertus* de *Pogen*, & *Otto* Comes de *Grünenpach*, & *Hoholdus* de *Nidekke*, *Heinricus* de *Lapide* *Chunr.* de *Hobennels*, & *Chunr.* filius ejusdem. *Leutoldus* de *Auwe*, & filij eius *Vlr.* & *Ludovicus* & alij quam plures. Acta sunt hæc *Lantzbur.* Anno gratiæ M. CC. XXIX. Datum *Kln.* Martij.

Libertates indultæ Monasterio à sede apostolica.

**G**regorius IX. Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Heinrico* Præposito in *Osterhouen* sanctæ *Margaretæ*, ejusq; fratrib. tam presentibus quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens à nobis petitur quod religioni & honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere ac petentium desiderio congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam, *S. Marg.* in *Osterhouen*, in qua diuino estis obsequio mancipati, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo Canonicus, qui secundum Deum & beati Augustini regulam in eod. loco institutus esse dinoscitur, perpetuus ibidem inuolabiliter obseruetur. Præterea quasq; possessiones, quæcunq; bona ead. Ecclesia in presentiarum justè ac canonicè possideat aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum in quo præfata Ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis ac filiabus suis, de *Poding*, *Mulheim*, *Chassen*, & decimis earundem, & alias possessiones in pratis, vineis, terris, nemoribus, vsuagis, pascuis, in bosco & in plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & in omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sanè noualium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, vel de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoq; vobis clericos vel laicos, liberos & absolutos è seculo fugientes ad conuersionem recipere, ac eos absq; contradictione aliqua retinere. Cum autè generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis subpressa voce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdictio. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum, post factam in vestra Ecclesia professionem, fas sit sine sui Præpositi licentia de eodem loco, nisi arctioris religionis obtentu discedere, discedentem verò, absque communi literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à Dyocæsano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem sanctæ Romanæ sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper vt infra fines parochiæ vestræ, nullus sine assensu Dyocæsani & vestro Capellam seu oratorium construere audeat saluis Priuilegiis Pontificum Romanorum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decreuimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint placuerit, nisi fortè excommunicati vel

vel interdicti sint, aut etiam publicè vsurarij, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas verò ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes quæ à laicis detinentur redimendi & legitimè liberandi, de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinent reuocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Præposito vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars majoris & sanioris consilij secundum Deum & beati *Augustini* regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestræ paternè in posterum sollicitudine prouidere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, vt infra chlausuras locorum seu grangiarum nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ecclesiæ vestræ concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti priuilegio communimus. Decreuimus verò vt nulli liceat omninò hominum præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua sedis apostolicæ auctoritate & Diocesani Episcopi Canonica iustitia. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioque commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino officio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus hic & fructum bonæ actionis & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant Amen. Dat. *Lat.* Kln. April. Indictione II. Anno Domini M. CCC. XXX. Pont. Domini *Greg.* P. P. anno IV.

Quod Prælati est summus Capellanus Ducis, & de decima *Straubing & Ellenpach.*

**I**n nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. *Otto* Dei gratia Palatinus Comes *Reni* & Dux *Bavvaria*. Vniuersis præsentem paginam inspecturis salutem. Sicut vinculo naturali filius heres pro debito patris intelligitur esse obligatus, ita videtur pater soluere si filius pro eo fecerit solutionem. Hinc est quod nos vniuersitati vestræ patere volumus & constare, quod respectu æternæ mercedis, & pro eo quod Dominus *Heinr.* sanctæ *Margar.* in *Osterbouen* Præpositus nostro patri suis in necessitatibus cum personæ periculo & dispendio rerum seruitia multiplicia exhibuit fideliter & deuotè prædictam Ecclesiam ea prærogatiua volumus perpetuo gaudere & honore, vt vbicunque locorum fuerimus, qui pro tempore in eadem Ecclesia Præpositus fuerit, omnium Prælatorum, Capellanonum, & Clericorum ipse primus existat & major, & in præsentia nostra faciat alij, qui fretus sua auctoritate impleat, quod ei ab ipso fuerit ordinatum & iunctum. Præterea volumus vt tempore nostræ refectionis propter præsentiam aliquorum Prælatorum cuiuscunque professionis fuerint locum quem ei assignamus

assignamus in latere nostro non alterando transmutet, & utensilia Capellaniæ nostræ conferuet, vel faciat Camerarium nostrum subiecto nundero conseruare, & distributio elemosinarum nostrarum iuxta discretionem prædicti Prælati fiat & ordinetur: sed qui nobilitas illam legem sibi præfixit, quod nihil credit præstitisse si sine adiectione conferat & fecerit donationem. Vnde nos liberaliter præfatæ Ecclesiæ donamus decimationem omnium reddituum nostrorum in *Strubing*, secundum quod continet Patris nostri instrumentum, super eadem donatione confectum. Et volumus vt vbicunque locorum in figura iudicij fuerimus ipse causam Ecclesiæ suæ prior prosequatur & proponat, & à nobis ante omnes expediatur, & quando contingeret ipsum curiam nostram intrare sibi & quatuor euectionibus honestè de expensis nostris prouideatur. Et vti ista rata permaneant & inconuulsa præsentem paginam munimine sigilli nostri roboramus. Testes Comes *Heinr. de Mospurch*, Comes *Otto de Grunepack*, *Chun. de Geren*, *Chunr. de Hobenuels*. *Sifridus de Fraunsperch*, *Chunr.* notarius noster de *Heidelberch*, & alij quam plures. Acta sunt hæc *Lantzbut*, Anno gratiæ M. CC. XXXI. IV. Kln. Nouembris.

De Curia *Entavv*.

**A**lbertus Comes de *Pogen*, vniuersis Christi fidelibus salutem. Vniuersitati vestræ constare volumus & patere, quod Ecclesia S. *Margaretæ* in *Ostehouen*, Marschalco nostro nomine *Gebhardo* Curiam suam in *Paskning* pro tempore cant. vitæ suæ custodiendam locauit, quatenus ipsi Ecclesiæ secundum euentum fructuum annuatim tanquam colonus Domino suo exinde respondeat, & quando jam dictæ Ecclesiæ placeat ipsum factum possit mutare, & Curiam ad se reuocare, non obstante contradictione eiusdem Marschalci, vel ejus hæredum. Præterea volumus vos scire quod jam sæpe dicta Ecclesia *Marquardo* dispensatori nostro Curiam suam *Entavv*, ad idem jus vel onus locauit. Et vt prædictis fratribus ejusdem Ecclesiæ jus ipsorum saluum permaneat & inconuulsum, & ne aliquomodo possit de præscripto facto in posterum dubitari, præsentem chartam munimine sigilli nostri roboramus. Testes *Alramus de Chamb*, *Rudolfus Ranto*. *Albertus de Erlbach*, *Vlricus de Leuvvolfing*, *Heinricus de Achaltingen*, *Engeschalcus de Saehsing*, *Eberhardus*, *Vlricus* & *Rudolfus* Sacerdotes prædictæ Ecclesiæ. Acta sunt hæc *Naternberch* Kln. Iulij, Anno Dn. M. CC. XXXIII.

De Muta in *Vilshouen* à Dominis de *Ortenburch*.

**H**ei gratia Comes de *Ortenburch*. Notum fieri cupimus tam futuris quam presentibus, quod nos pro spe & incolumitate salutis nostræ fratribus sanctæ *Margaretæ* de *Ostehouen* indulgimus vt ab omni muta & theloneo tam in aquis quam in terra liberi sint apud *Vilshouen* ciuitatem nostram sub hac forma, vt quidquid de bonis & rebus ejusdem specialiter transeat, nihil ex his nobis aut iudici nostro vel theloneario vel cuiquam nostrorum penitus persoluantur. Præfens igitur scriptum roboratum sigilli nostri munimine ipsis conferimus, vt hoc factum nostrum nunquam possit aliqua delere obliuio aut processu temporis à quoquam valeat immutari. Testes *Weigandus de Kümtingen*, *Heinr. de Pomgarten* nobiles. *Ortvinius de Cholberch*, *Richgerus de Rotone*, *Otto de Sturpsach*, *Sygelochus*, *Chalobohus*, *Marquard* fratres *Sakkingij*, *Syboto de Zvwiglarn*, *Heinr. longus*, *Heinr. perditor*, & alij quam plures. Acta sunt hæc anno M. CC. XXXVI. Indictione IX. Datum *Vilshou*, XV. Kln. Maij.

Metrop. Salsb. Tom. III.

c

Fundatio

## Fundatio Ecclesiæ Slagen.

**R**udigerus Dei gratia Patav. Ecclesiæ Episcopus, omnibus tam præsentibus<sup>9</sup> quam futuris salutem in eo qui est vera salus. Ad noticiam omnium cupimus peruenire, quod Chalohus de Valchenstein ministerialis Ecclesiæ nostræ in loco qui vocatur *Slag* fundavit Cœnobium ad honorem Dei & genitricis suæ *Mariæ* cum consensu & voluntate prædecessoris nostri beate memoriæ *Wolfke* Fundatricem igitur illam filius suus *Chunn.* in nostra præsentia renouavit, & in hoc mag. roboravit, quod à jure aduocatiæ recessit, & sine omni vtilitate promisit eundem locum ipse & sui successores defendere & injurias proclamare. Præterea partem decimationis, quam in illis bonis habuit, nobis voluntariè resignan. & nos easdem decimas ad petitionem ipsius *Chunn.* tradidimus illi loco. Cœnobium inquam illud Ecclesiæ & decimas cum omnibus attinentiis<sup>9</sup> cultis & incultis tam in *Barv.* quàm in *Austria,* nos conferimus ac committimus pleno jure, dilecto in Christo fratri nostro Præposito in *Osterbouen* tam in spiritalibus quàm in temporalibus, vt ipsum regat secundum regulam beati *Augustini* & ordinem *Præmonstrat.* Quicumque ergo Cœnobium illud in captura piscium, succisione arborum, vel qualicumque modo in redditibus suis habitis & habendis indebitè læserit vel damnificauerit malitiosè, idem summam excommunicationis beatorum Apostolorum *Petri & Pauli* ac etiam nostram se noverit incurrisse. Vt autem hæc fundatio permaneat inconuulsa & ne hæredes prædicti *Chunn.* præsumant eam in aliquo aggrauare, nos præsens priuilegium sigillo nostro & Capituli, ac etiam ipsius *Chunn.* & testium subscriptione fecimus<sup>9</sup> communiri. Hi sunt testes: *Chunn* Decanus *Patav.* *Godfridus* Archidiaconus & Thesaurarius, *Chunn.* Templebanus, *Eberhardus* de *Veuchtenpach,* *Rugerus* de *Lonstorf,* *Meingotus* de *Waldecke.* *Heinr. Zobelinus.* *Chunn.* Decanus *Ratipon.* & Canonicus<sup>9</sup> *Patav.* Ministeriales Ecclesiæ *Pat.* *Chunn.* de *Valchenstein,* *Ortolfus* & *Heinr.* fratres de *Waldecke.* *Pilgrimus* de *Tannberch* & alij quam plures. Dat. *Pat.* anno Domini cæ Incarnationis M. CC. XXXVI.

Templebanus,  
n. de  
pfarrer.

## De Muta &amp; Theolon, in Austria.

**F**ridericus Dei gratia Dux *Austria & Styria* & Dominus *Carniola* omnibus inspecturis hanc paginam in perpetuum, solite benignitatis affectu opera charitatis quæ felicis recordationis progenitores nostri specialiter pro libertate Ecclesiarum quarumlibet quæ in nostro dominio sunt constituta facere dinoscuntur, firmare, conseruare, augmentare pariter cupientes, tenore præsentium notum fieri volumus vniuersis quod non solum ex instrumento & non immerito inclinamur ad singula conseruanda quæ vel compensando aut de mera liberalitate dicti progenitores nostri quomodolibet fecisse videntur assurgimus<sup>9</sup> cum affectu verum etiam diuinitus stimulati singulis ecclesiis de gratia speciali nostris temporibus taliter adesse volumus & prodesse vt & nos ex his & aliis quæ fecerimus Domino inspirante mereamur fieri participes regni Dei pensatis igitur præmissis feliciter atque digne fratribus Ecclesiæ in *Osterhouen* fauorabiliter indulgemus, vt singulis annis omnia victualia sua tam per aquam quam per terram nostram ad Cœnobium suum libere ducere debeant, sine omni theloneo atque muta: vt autem hujusmodi gratia fratribus & dictæ Ecclesiæ per nos<sup>9</sup> facta perpetuo debeat conseruari, præsentem paginam in euidentem testimonium sigilli nostri munimine iussimus roborari. Acta sunt hæc *Pat.* Anno Domini M. CC. XLI. pridie Kln. Martij.

De

## De Muta &amp; Theolon. in Austria.

**R**idericus Dei gratia Dux Austriae & Styriae, & Dominus Carn. omnibus hanc litteram inspecturis in perpetuum. Cum Ecclesia in Osterhouen à bonæ memoriæ Duce Leupoldo, atauo nostro occasione quondam obsidionis Castri in Ortenburch læsa fuerit plurimum & grauata in recompensationem ejusdem damni ejusdem Ecclesiæ felicis recordationis progenitoris nostri pia deuotione duxerunt indulgendum vt omnia victualia sua vbique apud thelonca siue mutas suas absque vestigali & eo quod *Saruari* vulgariter appellatur gaudere debeant, libero transitu & securo. Nos eorundem prædecessorum nostrorum inherere vestigiis cupientes id ipsum jus pro Deo omnipotentis reuerentia memoratæ Ecclesiæ duximus concedendum. Vt autem hæc concessionis nostræ gratia debeat inuiolabiliter obseruari, præsens scriptum sigilli nostri caractere roboratum sepefatæ Ecclesiæ mandauimus assignari. Datum in Chrems per manus magistri *Vlrici de Chirnperch* Prothonotarij, Anno Domini M. CC. XLI. VII. Idus Martij, XIV. Indict.

## De domo in Patavia.

**R**idigerus Dei gratia Pataviensis Episcopus in perpetuum. Ne rebus gestis procedente tempore periculosa obliuione valeat derogari, ea quæ aguntur solent commendari, scripti memoriæ ad cautelam. Hinc est quod notum esse cupimus, tam præsentibus quam futuris, quod cum *Otto* dictus *Chlosner* fidelis noster ciuis Patau. Ecclesiæ & Conuentui in Osterhouen pro remedio animæ suæ & *Irmgardis* vxoris suæ & progenitorum eorundem, & vt ipsorum anniuersarius in festo *Oswaldi*, annis singulis celebretur in præsentia nostra & ciuium nostrorum domum suam in qua *Sifridus* de Osterhouen habitauit hætenus tradidisset, pariter & donasset perpetuo possidendam. Petiuit autem à nobis idem Conuentus & dictus *Otto* vt dictam domum præfatæ collationem nostris dignaremur litteris confirmare. Nos ergo iustis eorum petitionibus satisfacere cupientes, auctoritate nostra donationem eandem duximus confirmare: vt autem dictæ donationis confirmationi nequeat per alicuius friuolam malitiam in posterum obuiari, præsentem paginam cum sigilli nostri appensione & testium subscriptione fecimus communiri. Testes autem hi: *Engelschalcus*, *Chunn*, *Setzer*, *Metfridus*, *Chunn*, filius *Perhardi Doringus Sartor*, *Sifridus* de Osterhouen, & *Leupoldus* filius eius, *Purchkardus Ekkericus* & alij quam plures. Dat. Patau. anno Domini M. CC. XLI. XII. Kln. April. Indictione XIV.

## Item de Curia Pasching.

**O**mnia quæ aguntur in tempore ne labantur cum tempore scripturarum serie solent perennari. Hinc est quod nos *Heinricus* dictus de Osterhouen Prepositus, & ipsius loci Capitulum, posteritati nostræ præsentis scripto mandare curamus, quod querimonia inter nos & ministeriales dictos de *Steinberck*, *Albertum* videl: & *Perchtoldum*, *Wernhardum* & *Chunnradum*, & ipsorum Patrem, *Perchtoldum* piæ memoriæ à multis retroactis temporibus semper interminata, permansit. Tandem verò dicta causa à venerabilibus de superiori *Altach* & de *Wimberg* Abbatibus vtriusque partis arbitris taliter diffinita est, vt nos jam dictis militibus de *Steinberck* X. lib. Ratisp. probatæ monetæ persolueremus, & ipsi sæpediti ministeriales intuitu Dei & pro remedio patris ipsorum prædium in *Paschingen* Ecclesiæ nostræ quiete possidendum contradarent. Vt autem ista quæ prælibata sunt firma & rata permaneant. Nos de *Steinberch* fratres, *Albertus*,  
Metrop. Salisb. Tom. III. c 2 Perchtol.

*Perchtoldus, Wernhardus & Chunradus* confitemur nos abnegasse omne jus proprietatis in prædicto prædio *Pasching* coram venerabilibus de *superiori Altach, Vrico de Wimberg* Abbatibus in Cœnobio *Wimberg* assistantibus Priore *Heinrico* & superiore *Rudolfo*, & aliis ipsius loci fratribus. In testimonium verò supradictæ firmitatis præsentem schedulam prædictorum Abbatum fecimus sigillo muniri. Huius rei Testes sunt *Ludovicus* miles de *Eroltesueld*, *Heinr* de *Tischeldorf* & frater suus, *Rupertus, Chunr.* dictus *Patruus, Rugerus Preco, Rugerus Faber*, & alij quam plures. Acta sunt hæc anno gratiæ M. CC. XLIII, Indictione secunda.

Ne aliquis nos conueniat in Iudicio prouinciali, sed  
in Camera Ducis.

**O**tto Dei gratia Palatinus Comes *Reni*, Dux *Bavvaria* omnibus præsens scriptum intuentibus iudicibus ac officialibus suis gratiam suam. Noueritis nos propter petitionem venerabilis Præpositi & Collegij sui *Osterhouen*, ob reuerentiam diuinę remunerationis, principaliter Ecclesiam ipsorum talem gratiam fecisse, videlicet vt nullus vestrum de possessionib<sup>9</sup> ipsorum quasi decem aut XX. annis vel amplius iniqua duxerunt possessione iudicium faciat alicui querelanti. Personaliter namque de ipsis ac eis actinentibus iustitia vniuersis proponimus facere complementum. Ne igitur aliquis vestrum eidem gratiæ audeat in contrarium venire, præsentem chartam ipsis dedimus in testimonium sigilli nostri vigore communitam. Acta sunt hæc Anno Domini M. CC. XLV. XII. Kln. Iun. Indictione tertia.

De Muta & Theolon per totam terram *Bavaria*.

**N**os Otto Dei gratia Comes Palatinus *Reni* Dux *Bavvaria*, vniuersis presenti scripto declaramus, quod dilectis venerabilibus Præposito & Capitulo de *Osterhouen* gratiam fecimus specialem. Videlicet vt in mutis nostris vel Theloneis ammodo nulla thelonea soluant, & illa la ipsis actinentia & maxima vinum de *Austria* ipsis transportandum in aquis & in terris sine exactione emolumento traduci permittantur. Ne autem aliquis præsumptuosus eandem gratiam ipsis liberè concessam audeat violare, sub obtentu gratiæ nostræ inhibemus, præsens scriptum sigillo nostro munitum eisdem assignantes. Acta sunt hæc Anno Domini M. CC. XLVI. VI. Kln. Iulij, indictione quarta.

De duabus Hubis.

**I**n nomine Domini Amen. *Heinticus* Dei gratia *Babenberg*, Episcopus. Vniuersis præsentibus literas inspecturis in perpetuum. Quoniam labilis est memoria hominum gestæ rei, notitiam scripture testimonio duximus commendandam, ne in recidiuæ contentionis scrupulum relabantur. Nouerit igitur tam præsentium ætas, quàm futurorum posteritas, quod prædecessor noster Venerabilis Episcopus *Ekbertus* bonæ memoriæ mansum nostrum in *Osterhouen*, quondam fratris *Wipotonis* hereditarium, quem Magister *Petrus Valkenarius* post eundem tenuit, Præposito & Conuentui in *Osterhouen* pro seruitus & donis, quę ab eis receperat, contulit eo jure, vt censum, statutu & seruitia debita sicut & ceteri domesticici, de ipso persoluere debeant annuatim. Unde considerantes gratiæ obsequia & deuotionem quę dictus Præpositus & Conuentus prædecessoribus nostris & nobis exhibuerant, & in antea poterunt exhibere, gratiam eis factam in eodem manso, auctoritate præsentium & sigilli nostri munimine, cum subscriptione

scriptione testium communimus, confirmamus. Testes autem sunt hi: *Hermannus* Abbas de *Altach*, *Albertus* Abbas de *Metemen*, *Heinr.* Præpositus veteris *Capella Ratisbon.* Canonicus noster *Rudlibus*, Præpositus in *Rinichna*, *Werinhardus* de *Vttendorf*, *Purchkardus* de *Weier*, *Ludovicus* de *Hagenauve*, *Wolfgangus* Pincerna noster de *Reut*, *Gebhardus* de *Veltbach*, *Albertus* de *Gneising*, *Chunr. Zuvikauf*, & alij quam plures. Datum anno Domini M. C. C. XLIX. Indictione VII. mense Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

Littera *Chotuvicen.* de decima vinearum.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis amen. *Heinr.* Dei gratia *Chotuvicens*, hanc litteram inspecturis, salutem in perpetuum. Discretorum virorum providentia ea quæ ipsos aguntur in tempore, ne per obliuionem humanam à memoria simul labantur cum tempore scriptis prouidit, ac proborum virorum testimonio confirmare, quorum nos vestigia obseruantes omnibus innotescimus hanc litteram inspecturis, quod venerabilis Præpositus & Conuentus de *Osterhoben* prædecessorum nostrorum temporibus vtriusque Ecclesiæ considerata utilitate curiam suam apud *Chrems* cum omnibus attinentiis vineis & agris à decimis nobis inde prouenire taliter exemerunt quod villa quæ superior dicitur *Vuthauv* nostræ Ecclesiæ contulerunt in recompensationem prædictarum decimarum perpetuo possidendam, ita tamen vt dimidia carra vini nobis de prælibata curia annis singulis persoluatur, nosque ipsis in æquipollentia curiam villicariam addidimus apud *Teizz* liberaliter possidendam. Ne autem super his prætextu alicuius venditionis seu obligationis nostrarum decimarum prædictæ Curia de *Osterhoben* super libertate suæ emptionis calumnia seu questio ammodo oriatur, sed hic tractatus à nostris prædecessoribus solemniter factus perpetuo robur obtineat firmitatis ipsum tenore & auctoritate præsentium renouamus ac perhenniter confirmamus sigilli nostri atque Conuentus characterem apponentes. Testibus etiam qui huic publicationi & renouationi intererant subnotatis, qui sunt *Irnfridus* Decanus *Chrems.* *Hertnidus* Sac. *Albero Winceler* *Chunr.* Sac. de *Prusing.* *Perchtoldus Trauernius*, *Meinhardus* de *Lapide*, *Chunr. Seuelder*, *Ratispon.* Senior. *Haystolfus Grossus*, *Otto* filius *Haistolfi*, *Hecunbo*, *Meinhardus* de *Camera*, *Waltherus Modersloch* & alij quam plures. Actum in *Stayn*, anno Domini M. C. C. LI. Indictionis decimæ.

## Item de Muta &amp; Thelon. per terram

*Austria.*

**O***Takrus* Dei gratia Dux *Austria* & *Styria* & Marchio *Moravia*, vniuersis litteram hanc inspecturis salutem in perpetuum. Cum Ecclesia in *Osterhoben* à bonæ memoriæ Duce *Leupoldo* atauo Illustri quondam Ducis *Austria* *Friederici* occasione quondam obsidionis Castri in *Ortenburch* læsa fuerit plurimum & grauata, in recompensationem eiusdem damni eidem ecclesiæ felicis recordationis principes memorati pia deuotione duxerint injungendum, vt omnia victualia sua vbique apud thelonea sua siue mutas suas absque vectigali & eo quod vulgariet *Jurfart* appellatur gaudere debeant libero transitu & securo. Nos in eorundem principum inhærere vestigiis id ipsum jus pro Dei omnipotentis reuerentia memoratæ Ecclesiæ liberaliter ducimus concedendum. Vt autem hæc concessionis nostræ gratia debeat inuiolabiliter obseruari, præsens scriptum sigilli nostri characterem roboratum sæpessatæ Ecclesiæ mandauimus as-

signandum. Dat. in *Chrems*, per manus prothonotariorum Magistri *Wilhelmi* & Magistri *Gotschalci*, Anno Domini M. CC. LII. quinto Idus Decemb.

De duabus Hubis in *Geiseltorstorf*.

**I**N nomine Domini nostri Iesu Christi. Vniuersis præsentem paginam inspecturis, in verò salutari salutem. Cum felicis memoriæ vir strenuus *Vricus*, de *Leubolsingen* miles, solutus corpore huius vitæ carens ecclesiastica sepultura ferè per tria lustra existeret inhumatus *Almannus*, *Vricus* & *Heinr.* & *Hailka* eius hæredes apud venerab. in Christo Patrem, *Perchtoldum* Episcopum *Patau.* loci Dyocæsanum & Patrem venerab. *Albertum* Decanum ejusdem Ecclesiæ ipsius Episcopi vicem gerentem pro jam dicto Patre suo sepulcrum Ecclesiasticum impetrantes, in Monasterio sanctæ *Margarete* dictum *Osterhouen* Præmonstraten. ordinis ipsum optinuntur feliciter sepeliri. Et ut Patris ipsorum in eodem Monasterio à fratribus ibidem juxta militantibus fieret memoria sempiterna., iidem hæredes jam expressi duas hubas in *Geiseltorstorf* secus flumen *Chalbach* in parochia *Arnsdorf* pro remedio animæ Patris memorati jam dicto Monasterio possidendum perpetuo tradiderunt. Et quomodo sigilla propria non habebant, hanc donationem siue largitionem Capituli *Patau.* & ipsius al. Decani sigillis petiuerunt hæc omnia in testimonium roborari. Nos igitur *Al.* Decanus quia hæc omnia coram nobis ex subscriptis testibus solemniter acta sunt authenticantes hæc omnia & robor legitimum parantes eisdem præsentem paginam sigilli nostri & sigilli Capituli nostri munime duximus roborandam. Sunt autem huius rei hi testes, per omnia annotati, *Albertus* Tumblebanus Canonicus *Patau.* *Albertus* de *Johentorf* ministerialis, *Wernhardus* *Chlosner*, *Wernhardus* *Preminger*, *Chunr.* *Heinr.* de *Iridernspach*, *Heinr.* *Faber*, *Engelbertus*, *Dietmarus*, *Albertus*. Acta sunt hæc *Pat.* in domo Domini Decani in præsentia Præpositi & fratrum suorum de *Osterhouen* VI. Idus Decemb. anno Dominicæ Incarnationis M. CC. LIII. Indictione XII.

Relaxatio minuti seruitij duarum Hubarum.

**H**ermannus Dei gratia *Babenbergen.* Episcopus, dilectis in Christo, Præposito & toti Conuentui sanctæ *Margarete* in *Osterhouen*, salutem cum sincera in Domino charitate. Cum ecclesiis ad nos immediate spectantibus semper velimus in quantum possimus, manum porrigere ad iuricem, ecce de illis duabus hubis, quas à prædecessoribus nostris in *Osterhouen* ad jus hæredit. habuistis vobis pro tempore vitæ nostræ census minutos & obsequia remittimus, ita videlicet, ut majora triticum videl: frumentum., ac auenam & consimilia nobis vel officialibus nostris, more solito singulis annis soluere nullo modo negligatis. Et hoc per præsens scriptum nostro roboratum sigillo., vniuersis officialibus nostris ac aliis volumus esse notum. Datum in *Altach*, Anno Domini M. CC. LIV. in die beati *Martini* Episcopi.

De Muta in *Vilshouen*.

**N**Os *Heinr.* Dei gratia Comes Palatinus *Reni* Dux *Bauaria.* Vniuersis ad quos præsens littera deuenit notum fieri volumus, & præsentem litteram declaramus, quod nos de communi sensu nostrorum consulum, dilectis & venerabilibus Præposito & Conuentui in *Osterhouen* hanc fecimus gratiam specialem., quod



quod in Muta nostra *Vilshouen*, vinum ipsorum sine exactione liberum habeat  
transicum & securum siue per terram transeat vel per aquam. Vt autem talis no-  
stra donatio ipsis permaneat inconuulsa, presentem litteram cum sigillo no-  
stro roboratam ipsis in testimonium tradimus & donamus. Acta sunt hæc in  
*Osterhouen*, anno Domini, M, CC, LVI, IV, Idus Decembris.

Relaxatio maioris & minuti seruitij per  
quatuor annos.

**B**erchtoldus Dei gratia *Babenberg*. Episcopus. Vniuersis præfens scriptum in-  
specturis salutem in Domino. Quia viri venerabiles fratres Monasterij in  
*Osterhouen*. nobiscum & cum nostris fecerunt expensas sumptuosas. Nos ad  
recompensationem ipsis fratribus faciendam concessimus eis vt duos mansus  
de quibus pensionem seu censum annuum nobis soluunt teneant, à festo Nati-  
uitatis Domini nunc instanti per quatuor annos continuos ab omni censu,  
pensione & seruitio maiori & minori, liberos & quietos. Quibus annis peractis  
soluant pensionem & seruitium maius. A minori verò seruitio perpetuo sine  
quieti. In cuius rei testimonium præfens scriptum ei dedimus nostri sigilli mu-  
nimine roboratum. Datum *Osterhouen* anno Domini M. CC. LIX. XI. Kalend.  
Ianuar.

Relaxatio minuti seruitij de duobus  
hubis.

**N**OS *Berchtoldus* Dei gratia *Babenbergen*. Episcopus. Tenore præsentium  
constare volumus vniuersis, quod nos attendentes grata & sumptuosa ser-  
uitia, quæ viri religiosi fratres Monasterij in *Osterhouen*, nobis & nostris familia-  
ribus frequenter impendunt. Concedimus ipsis vt de duobus mansis quos  
sub censu annuo & seruitiis à nobis tenent certis minora seruitia sibi retineant,  
& ab ipsorum præstatione perpetuo sint immunes, maioribus seruitiis nobis  
remanentibus in statu debito & consueto. In cuius rei testimonium præsentem  
paginam eis dedimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum anno Domini  
M. CC. LIX, XI. Kln. Ian.

De annis quibus cessauit Aduocatia,

**N**OS *Berchtoldus* Dei gratia Episcopus *Babenberg*. Vniuersis tenore præsen-  
tium volumus esse notum quod super dissensione quæ inter nos & nobilē  
virum *Albertum* de *Hals* oriebatur talis ordinatio interuenit. Primum qui-  
dem dictus *Albertus* cessit omni iuri, quod sibi in cūrte nostra *Mulbaim* vendi-  
cabat, & eam nobis dimisit in perpetuum liberam & quietam. Item homi-  
nes nostros vniuersos, & homines Monasteriorū in *Osterhouen* & in *Aspach* in-  
quibus ipse ius aduocatiæ à nobis tenet, dimisit liberos & quietos ab omnibus  
hospitalitatis & steurarum incommodis, ac aliis quibuslibet vexationibus. A fe-  
sto Purificationis proximo per duos annos continuos, sed tamen antiquū & de-  
bitum aduocatiæ ius debet percipere ab eisdem. Item nullos de seruis locabit in  
foro *Osterhouen*, sed & locatos remouebit, præter eos qui proprietatem seu feoda  
hereditaria ibi tenent, nec ibidem ii tabernas exercebunt nec alias erunt  
hominibus nostris graues. Adhuc super iure quod ipse al. dicit se habere in  
castro

castro *Ernekk*, & in curtibus nostris *Osterhouen. Amingen & Podingen*, si non potest nobiscum amicabiliter concordare iuris sententiam postulabimus nos vtrinque. Item nullus de suis castellanis, seruis aut hominibus ipsum pignorabit, occasione alicuius debiti bonis nostris, sed si factum fuerit continuo sine dispendio faciet emendari. Curabit etiam bona fide quod nullus extraneus ipsum in bonis nostris debeat pignorare. Pro quibus omnibus firmiter obseruandis dedit nobis fideiussores, viros discretos *Heinricum de Pholingen, Alberonem VVallerium Svikerum de Vorst, & Albertum de Fuert*: vt si prædicta fuerint in aliquo violata, ipsi infra sex septimanas id faciant emendari. Alioquin si non fuerit emendatū hi iidem fideiussores *Vilshouē* intrabunt inde non exituri, donec ducentos lib. *Ratispon.* nobis soluant, ipsam totius pœnam solut: quotiens infra duos annos præscriptos prædictorum aliquod fuerit violatum. Vt igitur hæc prædicta ipse *Al.* & fideiussores memorati nobis obseruant, dedimus eid. *Al.* gratiam nostram & suis & feodum quod à nobis ab antiquo & sine lite tenet, duxim<sup>9</sup> conferendū. Si verò ipse vel fideiussores violauerint hanc concordia, nobis omnē quæstionē quā ante compositionē habuimus contra ipsum habebim<sup>9</sup> nobis saluam. In cuius rei testimonium præsens scriptum fieri fecimus, & nostro ac ipsius sigillo iussimus communiri. Hæc etiam omnia firmiter obseruanda dictus *Al.* & fideiussores data fide promiserunt se firmiter seruatuos. Acta sunt hæc ann. Dñi M. CC, LIX, XII. Kln. Ianuarij in Monasterio *Osterhouen.*

Donatio Hubæ in *Holerbach* & dotis  
sanctæ *Crucis.*

**N**OS *Albertus de Hals*, tam præsentibus quàm futuris præsens scriptum insipientibus salutem in Domino. Quia propter infirmam hominum memoriam ritè & bene determinata in obliuionem veniunt, & si quandoquæ vel litigiosa fiunt, vel totaliter pereunt, ne id eueniat in præsentem negotio, placuit ipsum litterarum apicibus perpetuæ memoriæ commendare. Hinc est quod nos ad memoriam reducentes ecclesiam *Osterhouensem* iure aduocatiæ nobis attrinētem, tum per nos, tum per pia memoriæ præsentem nostrum *Alramum de Hals*, indebitis exactionibus sæpius dampnificaram, tandem super hoc diuino timore & amore concepto, aliquandam dictæ Ecclesiæ cupientes facere satisfactionem, ob præfati dampni restaurationem & perpetuā à Domino mercedis remunerationem, consilio honestorum virorum habito viris religiosi in sepedita Ecclesia *Osterhouen.* Deo militantibus tradidimus prædia nostra sita in *Holerbach*, & Ecclesiam nostram in *Mulheim* vtraque super principale S. *Margaretæ* virginis altare solemniter delegantes, ratum habentes vt si nos contigerit in posterum vel uxorem nostram in posterum residere ibidem tantummodo à Sacerdote qui fuerit de consortio fratrum eandem Ecclesiam inofficiari. Vt autē talis collatio perpetuam habeat firmitatem, præsentem paginam sygilli nostri munimine roboratam prædictis fratribus assignauimus: Huius rei testibus existentibus & subnotatis Domino *Chunr. de Horbach, Alberone dicto Waller. Hartlibo & Almanno de Winzer, Heimr. Allenbouer, Ottone Rege, Alberto de Fuert, Ruperto de Perndorf, Chunrado & Leupoldo* fratribus de *Ekkharting, Ortolfo de Weng, Friderico de VValchsing, Ottone de Luterbach, Helmuvico de Fuert, Friderico Rabern, Ottone Tuschel, Eberhardo* fratre suo, *Heinrico de Gamhartstorff, Leutoldo de Hefte, Dietrico de VVilling, Bernharde de Perndorff, Tyrolfo coquinario, Alberto & Frid. de Ranuels* & aliis quam pluribus. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. CC, LIX, III. Kln. Decemb. Indictione tertia.

Dona-

Donatio Ecclesiæ in *Mulhaim*.

**N**OS *Albertus* de *Hals*. Vniuersis præsentem litteram inspecturis vel audientis, salutem in Domino. Acta mortalium procedente tempore oblivionis incurrerent detrimentum, nisi subveniretur ei studio litterarum. Hinc est quod nos Ecclesiam nostram in *Mulheim* sitam, quam Dominus *Albertus* dictus *Vzo* à parte nostro & à nobis in beneficio habet pro vitæ suæ tempore possidendam, ipso *Alberto* viam vniuersitatis carnis ingrediente, tradidimus in proprietatem fratribus in *Osterhouen*, perpetuo possidendam super præmissis præsentem litteram præfatis fratribus assignantes. Datum anno Domini M. CC. LIX. III. Kalend. Decembris, Indictione III. coram his testibus subternoratis *Chunr.* de *Horbach*, *Chunradus* de *Pretz*, & *Hartlibo* & *Altmanno* de *VVintzer*, *Fridericus* de *Einzhouen*, *Alberto* *Oeder*, *Alberto* de *Furt*, *Ottone* *Rege*, *Chunr.* & *Leopoldo* de *Eckharting*, *Ortolfo* de *VVeng*, *Friderico* de *VWalchsing*, *Dietrico* de *Willing*, & aliis quam pluribus testibus idoneis.

Remedium Domini de *Hals*.

**N**OS *Albertus* dictus de *Hals*, eam præsentibus quam futuris præsens scriptum inspecturis vel audientis salutem in Domino. Quia propter infirmam hominum memoriam, rite & bene determinata in oblivionem veniunt, & sic quandoque litigiosa fiunt, vel totaliter pereunt, ne id in præsentem negotio eueniat placuit ipsam litteram apicibus perpetuæ memoriæ commendare. Hinc est quod nos ad memoriam reducentes Ecclesiam *Osterhouensem* iure advocatiæ nobis attinentem tum per nos, tum pie memoriæ patrem nostrum *Abramum* de *Hals*, indebitis exactioibus damnificatam, tandem super hoc diuino timore & amore concepto, aliquantam dictæ Ecclesiæ cupientes facere satisfactionem, ob præfati damni restaurationem, & perpetuam à Domino mercedis remunerationem, consilio honestorum virorum habito viris religiosis in saepe dicta Ecclesia *Osterhouensi* Deo militantibus tradimus Capellam nostram in *Mulhaim* sitam cum douib. eidem Capelle attinentibus, scilicet in *Mulhaim* Hubam, in *Wissenfing* Hubam, in *VWinchlorn* dimidiam Hubam, in *Walchfing* feodum, quinquaginta soluens denarios super principales, *Margaretæ* virginis altare solemniter delegantes. Ratum habentes ut si nos contigerit impofterum, vel uxorem nostram ibid. residere eandem Capellam tantummodo à sacerdote qui fuerit de eorundem consortio inuestiri. Ut autem talis nostra collatio perpetuam habeat firmitatem, præsentem paginam prædictis fratribus sigilli nostri munimine assignauimus roboratam. Huius rei testib. existentib. & subnotatis, Dn. *Chunrado* nobili de *Horbach*, *Alberone* dicto *Waller*, *Hartlibo* & *Altmanno* fratribus de *Wintzer*, *Hein.* *Alnchouer*, *Ottone* *Rege* *Alberto* de *Fuert*, *Ruperto* de *Pirndorf*, *Chunr.* & *Leopoldo* de *Ekkarting*, *Ortolfo* de *VVeng*, *Friderico* de *Emtzhouen*, *Alberto* *Oeder*, *Ottone* de *Lauterbach*, *Heluico* de *Furt*, *Friderico* *Rabner*, *Ottone* *Tuschel*, *Eberhardo* fratre suo, *Heinrico* de *Gainhartstorf*, *Leutoldo* de *Hest*, *Dietrico* de *VVilling*, *Bernardo* de *Pirndorff*, *Tyrolfo* *Osterhouen*, coquinario, *Alberto* & *Friderico* de *Ramuels* & aliis quam pluribus. Acta sunt hæc ann. Domini M. CC. LXII. V. Idus Augusti, Indictione quinta.

Decisio litis in Curia *Amelstorf*.

**C**um ea quæ à mortalibus aguntur memoria ipsorum frequenter elabatur necesse est scripturarum testimonio commendare. Nos igitur *Albertus* de *Hals* p. præses scriptum

scriptum tam presentibus innotescimus, quam futuris controversiam quæ fuit inter venerabilem Præpositum, & Conuentum in *Osterhouen* ex vna parte, & *Albertum* inclusum & *Eckhardum*, de *Anrvvalstorf* ex altera parte pro Curia in *Anrvvalstorf* sita, consentientibus partibus ad arbitros ipsarum partium, scilicet *Ortolfo* de *VVeng*, *Chunrado* de *Ekkarting*, *Alberto* de *Fuert*, *Ruperto* de *Pirndorf*, nobis assessore existente fore taliter decisam, vt præfatus Conuentus, eisd. al. incluso, & *E.* de *Anrvvalstorf* sex libras den. persoluerent quod & fecerunt, & prædicta Curia in eiusd. Ecclesiæ vsam perpetualiter cum adiacente pomario & triginta den. qui singulis annis ipsi *E.* pro iure soluebantur aduocatiæ cederet & propriet. Vt autem decisio & abdicatio curiæ eiusd., & coram altari *S. Margareta* ab utroque scilicet al. incluso & *E.* de *Anrvvalstorf* facta firma permaneant, hanc litteram cum sub annotatis testibus, *Alberto* de *Hals*, *Ortolfo* de *VVeng*, *Chunrado* de *Ekkarting*, *Alberto* de *Fuert*, *Ruperto* de *Prindorf*, *Helvrico* de *Fuert*, *Alberto* de *Chlosner*, *Eckhardo* de *Anrvvalstorf*, *Alberto* & *Heinrico* fratribus de *Rannuels*, *Heinrico* de *Gainhartstorf*, *Ervvino* Otakchero, *Perchtoldo* de *Steten* *Chunr.*, de *Walchsing*, *Ludvvico* de *Aitenpach*, *Dietmaro* de *Holtzheim* *Ottone* *Dietrico* de *Westerbach*, *Heinrico* *Annger*, *Geisfelbero* *Friderico* *Stuinpfeil* *Dietmaro* *Heinrico* de *Lintzing*, *Heinr.* de *Aitenpach*, *Dietrico* de *Willing*, *Heinr.* *Chregel*, *VVernharo* de *Westerbach*, *Heinr.* de *Cell*, *Heinr.* de *Greuendorf*, *VVernhero*, *Pellifice*, *Alberto* *VVunderdabs*, *Alberto* *Heinr.* & *VVilbalmo* *Engelperto* seruis eiusdem Ecclesiæ, & aliis quam pluribus, eidem *Osterhouen*. Ecclesiæ sigilli nostri caractere tradidimus communitam. Acta sunt hac anno Domini M. CC. LXII.

### Notificatio Domini *Premon*: Abbat. Episcopo

*Pat.* de Parochia *Osterhouen*.

**R**euereudo patri & charissimo Domino in Christo, Dei gratia ven: *Pat.* Episcopo *Iohan*: eiusdem patientia *Præmonstraten*: Abbas, & eiusdem ordinis abbatum Capitulum generale, salutem & cum deuotis orationibus paratam ad beneplacita voluntatē cum omni reuerentia & honore, Cō Ecclesiā *Osterhouen*, vestræ dioc. aliquas parochiales Ecclesias habeat in vestra dioc. constitutas in quibus Ecclesiis deseruierunt Canonici Ecclesiæ de *Osteyhouen* per longum tēpus pacifice & quiete. Paternitati vestræ attentius supplicamus intuitu Dei, & orationum totius ordinis respectu sustinere velitis, quod prædicti Canonici dictas Ecclesias parochiales teneant, sicut fecerunt hactenus & ministrent in ipsis, cum istud iniuriosum non sit vobis maximē cum ordini nostro per priuilegium sit indultum quod fratres eiusdem ordinis possint deseruire parochialibus Ecclesiis quarum ius patronatus ad Ecclesias suas pertinent in quibus Ecclesiis licitum est per Canonicos nostri ordinis deseruiri. Datum *Præmonst.* in Capitulo generali, anno Domini M. CC. LX secundo.

### Littera ad Episcopum *Patavi*en. de præsentatione

Plebani in *Osterhouen*.

**R**euereudo in Christo patri ac Domino, O. Dei gratia *Patavi*: Episcopo I. eiusdem patientia *Præmonstraten*. abbas, & eiusdem ordinis, abbatum Capitulum generale salutem & orationes in Domino. Nouerit vestra veneranda paternitas in Ecclesia *Præmonstraten*. quoddam priuilegium apostolicum ordini nostro indultum haberi. *Clemens* Episcopus seruus seruorum Dei &c. In quo etiam

etiam priuilegio sequens clausula continetur in hæc verba: In parochialibus etiã Ecclesiis quas habetis liceat vobis quatuor vel tres de Canonicis vestris seu minus ponere, quorum vnum diocessano Episcopo præsentetis, qui ei de spiritalibus, vobis autem de temporalibus & de ordinis obseruantia debeat respondere, Si qua igitur &c. Nos autem vobis humiliter supplicamus, quatenus ob amorem Dei & ordinis reuerentiam illum de Canonicis Ecclesia *Osterhouen.* quem Abbas & Conuentus eiusdem loci ad curã ipsius parochiæ duxerint præsentandum benigne & liberaliter, admittatis secundum formam priuilegij supradicti. Valeat bene & diu vestra paternitas reuerenda. Dat: *Præmonstrat:* in Capitulo generali, anno Domini M.CC.LXIII.

Relaxatio Iuris Ciuilis in *Mulpeunt &*  
molendino.

NOTUM fiat inspectoribus præsentium vniuersis, quod ego *Ortlibus de VVinkel*, Ecclesiæ in *Osterhouen* redditus LX. den. quos de molendino ad eandem Ecclesiam pertinere in *Chrems* sito, expectabam iuris ciuilis titulo annuatim, pro animæ meæ remedio accedente omnium hæredum meorum spontanea voluntate delegavi perpetuo hac spe ductus, quod ratione delegationis prætaxatæ non solum inter eorum benefactores me ascribi faciant, immo in curia eorundem *Chrems* quotiens in eadem me contigerit pernoctare cum ad aptationem lignorum ac etiam lectisternorum commodum mihi ordinent & disponant. Vt autem facta pro me delegatio prænotata in æuum permaneat inconuulsa, præfens instrumentum appensione sigilli mei in robur & testimonium euidentis est munitum testib, annotatis quorum nomina D. *Irnsfridus* Can. Pat. Decan<sup>9</sup> *Chremens.* D. *Rapoto*, Dominus *Herm annus*, *Chunn.* Prior, *Sifridus*, *Rudolfus* *Raechio*, *Folckmarus* fratres Ecclesiæ prænotatæ, trater *Chunn.* procurator in *Chrems*, *Chunn.* Notarius Decani *Chremen*, Dominus *Rapoto de Valchenberch*, *Wernhardus*, *Ratoldus*, *Ludovicus* de *VVinkel*, *Gozzo* iudex in *Chrems*, *VValchunus*, *VVurko*, *Izaizmannus* *Hervvicus*, *Chunn.* de *Hedrestorff*, *Pilgrimus* in foro ciues *Chremen*. Acta sunt hæc *Chrems*, anno incarnationis verbi M.CC.LXIII. Non. Octobris, præfidente Ecclesiæ in *Osterhouen* venerabili Præposito *Alberto*, Domini *Ottonis* Episcopi venerabilis anno IV.

De redditibus infirmariæ.

IN nomjne sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & spiritus sancti, Amen. Quia propter infirmam hominum memoriam rite & bene determinata in obliuionem veniunt, & sic quandoq; vel totaliter pereunt vel litigiosa fiunt, ne id in præfenti negotio contingat, placuit ipsum litterarum apicibus perpetuæ memoriæ commendare. Nos igitur *Chunn.* Dei gratia *Osterhouen.* Ecclesiæ humil. Præpositus, & eiusdem loci Conuentus, notum esse cupimus tam præfentis ætatis, quam successuræ posteritatis omnibus Christi fidelibus, qualiter Deo deuotus Sacerdos, Dominus *Reinoldus* plebanus in *Regen* dilectus ac fidelis Ecclesiæ nostræ amicus, pie deuotionis affectu notissima sua misericordiæ cupiens operibus, præuenire secundum dominicam ammonitionem: Estote misericordes: & illud: B. misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur. Duas vineas nostras *Wartperch* & *Windleit* penitus incultas & dirutas tali conditione sibi asciuit recuperandas, vt temporibus, suis illarum vinearum prouentu potiaratur, nil inde persoluens, nisi quod sibi Dominus inspirauerit: ipso autem rebus humanis excedente ad infirmariam domini nostræ quæ de nouo institimus prædictæ vineæ pleno iure quo ipse tenuit deuoluatur. Præ-

tur. Præterea assignauit nobis XXVIII. lib. monetæ Ratisponen. pro comparando prædio quod possit annuatim soluere duas libras quarum sibi dimidia pars, videl. vna lib. cedat, ad infirmariam verò reliqua pertineat, post obitum, verò ipsius prædicti redditus ad domum infirmorum plenarie pertinebunt. Nihilominus autem, vt eadem domus necessitatibus fratrum debilium commoda valeat construi, quinque lib. nob. obtulit, petens vt quicquid deliquit misericordiæ operibus expietur. Cæterum perpendens illud, Dum crescunt dona crescit simul ipsa corona. Duas lib. addidit pro comparandis IV. vaccis in caseis & lacte infirmis & minutis fratribus profuturis. Nos igitur cum desiderijs suis non possemus ad præsens in comparando prædio satisfacere, curiam nostram, in Oxigen à prædecessoribus nostris emptam loco præfati prædij tantundem, soluentem assignamus eidem donec Deo volente aliud emere valeamus. Attendentes verò tantis redditibus eandem domum difficulter posse subsistere, compassionem naturæ induciti, & promissæ nobis patriæ cupientes gloriam consequi de cõiuentia fratrum nostrorum communi consilio de redditibus claustrii ordinauimus atque statuimus per nos & successores nostros singulis annis dari ad eandem domum XII. porcos valentes tria talen. vel eosdem den. & omnem decimationem carniū, tam intrinsecus quam extrinsecus totius nostræ parochiæ infirmis fratribus ac minutis. secundū discretionem Prælati eiusdem domus prouisoris, salua ordinis forma statutis temporib. misericorditer profuturā. Ad instantiam verò prædicti Domini *Reinoldi*, frater suus Dominus *Perchtoldus de Perndorf*, pro remedio animæ suæ dedit ad eandem domum quoddam prædium in *Christorf*, quod soluit annuatim dim. lib. & xenia, & Domina de *Horbach* ordinauit decimam in *Reispach*, quæ a nobis maritus eius dominus *Chunradus* restatus est dari prædictæ domui mod. tritici censualem, & altilia de eadem Curia profutura. Ne quis igitur successorum nostrorum hanc nostram ordinationem, piamque præfati viri eleemosynam villo modo audeat violare, sub interminatione extremi iudicij inhibemus, adiungentes vt de præscriptis redditibus annuarius patris sui & suus singulis annis quanto honestius cum dimid. lib. poterit celebretur. Vt autem talis nostra ordinatio, & sæpediti viri procuratio firma & inconuulsa perpetuis temporibus conferuetur, præsens scriptum exinde confectum sigillis talibus: videl; Domini Abbatis de *Wimberg*, & patris abbatis domus nostræ prælati de *Vissperch*, nec non & nostro & Capituli nostri, ac ipsius plebani de *Regen* iussimus roborari. Acta sunt hæc anno incarnationis Domini cæ M. CC. LXVII. XII. Kal. May. Indictione XI.

#### Arbitrium inter *Altahen*. & *Osterhouen*.

PER præsens scriptum pateat vniuersis, quod cum homines villæ de *Munichdorf*. ex vna parte, & homines villæ de *Wizzenfing* ex altera semper in tertio anno tunc videl: quando Campi vtriusq; villæ sibi oppositi sine semine iacent, quod vulgo dicitur *Trat* diuersa iurgia fierent, assententibus hominibus de *Munichdorf*, quod pratium interiacēs illis campis tunc deberet ad eorum pascua pertinere. Illis verò hominibus de *Wizzenfing* assententibus, quod ipsi tunc sicut in prioribus duobus annis deberent ipsum pratium ab omnibus pascuis custoditum falcare. Tandem nos *Hermannus* abbas in *Altach*, & *Chunr.* Præpositus in *Osterhouen*, cum consensu venerab. Abbatissæ de *Obernmyenster* per litteras eius porrecto, ac etiam nobilis vir de *Hals*, bonorum vtriusq; Monasterij in illis partibus aduocatus, cum multitudine, proborum hominum, in prato conuenimus memorato & per arbitrum in sedecim personas ex vtraque parte promis.

promissum concordauimus talimodo, vt tunc, hoc est in quolibet tertio anno immediate illius prati, quædam pars eius tunc fossis & lapidib, terminate distincta singulis annis custodiri debeat & falcari: illa verò pars prati quæ ab inde versus occidentem extenditur, & illa quæ à prædicto limite vergit ad orientem, tunc quando sicut prædictum est ager vtriusque villæ sine cultura iacent, ad ambarum villarum pascua debeant pertinere. Hoc excepto vel superaddito, vt quando quædam pars agrorum de *Vvinzzensing* versus occidentem iacuerit cum cultura, tunc illi homines de *Munichdorf*, vltra stratam publicam cum suis pecoribus pascua nõ requirent. Et ne præfati homines de *Munichdorf* & de *Vvinzzensing*, ad Ecclesias *Altach*, *Osterhouen* & *superius Monasterium* pertinentes, supradictam diffinitionem siue compositionem excedere vel irritare præsumat, sigilla prædictorum Dominorum vid. H. Abbatis de *Altach* & Chr. Præpos. de *Osterhouen*. & Abbatissæ *superioris Monasterij Rat*: ac etiã Domini *Alberti* nobilis de *Hals* ad robur & testimonium omnium prædictorum huic paginæ sunt appensa, quorundam nihilominus testium nominibus subnotatis: Testes *Altmannus* de *Winzler*. *Hugo* de *Rotenmann* iudex tunc, *Heinr.* de *Heiming*, *Heinr.* *Gauman*. *Rudigerus* Iudex de *Osterhoue* *Vlr.* & *Götpoldus* de *Otmaring*. *Heinr.* de *Oetling*. *Leutpold*?. *Alhard*. & *Paltrvinus* de *Aeming* *VVernhardus* de *Sähsing* *Heinr.* de *Auerbach*, *Eberhardus* de *Mulbaim*. *Chunr.* Official de *Puehouen*, *Egno* villicus de *Monichdorf*, & alij multi. A. C. in vigil. S. *Margarete*, anno Domini M. CC. LXIX. Amen.

Precarium Hubæ in *VVinckhel*.

Omnibus Christi fidelibus præsentibus pateat, quod quidam Colonus Ecclesiæ *Osterhouen*. Hubam quandam eiusdem Ecclesiæ dictam in *VVinckhel* quã hæreditario iure ab Ecclesia possederat irrequisito & inconuulso Conuentu Domino *Rapoto* de *Ezzenbach* vendidit, quam ille subter eodem iure liberis suis reliquam & ipsi eandem, hubam cuidam *Vhrico* dicto de *Runting* in feodo contulerunt. Verum cum Colonus Ecclesiæ hubam præfatam, nec vendere nec alienare potuisset ab Ecclesia, prædictæ Ecclesiæ rectores tam diu ipsos coram iudicio seculari conuenerunt, donec testibus idoneis comprobauerunt quod præfatus *Vhricus* & dominus *Albero* de *Ezzenbach* quem collatorem sui feodi memorabat, nihil iuris in eadem huba haberent, sed quadam violentia possederunt. Postmodum verò dominus *Rapoto* prædictam Ecclesiam super eadem huba impetiuit, sed mediante consilio domini de *Hals* & aliorum honestorum virorum, hac conditione prædictam causam terminarunt, vt datis XII. solitis præfato *Vhric.* dominus *Rapoto* vna cum hæredibus suis & *Vhr.* cum hæredibus suis omni iuri quod in eadem huba se fatebantur habere penitus renunciarent, quod & fecerunt præsentibus domino de *Hals* & domino *Al.* de *Rotarve* & sigillorum suorum munimine roborantibus abrenuntiationem superius memoratam. Ne autem in posterum super prædicta causa Ecclesiæ *Osterhouensi* aliquod scrupulum dubietatis oriatur, præsens scriptum sigillis domini de *Hals* & domini *R.* de *Ezzenbach*, & Domini *al.* de *Rotarve* munitum eidem est Ecclesiæ assignatum. Testes *Fridericus* de *Eglofsheim*, *Leupoldus* de *Ekharting*, *Hilprandus* Iudex de *Griez pach*, *Chunr.* de *Poppenperg*, *V Vernberus* *Pincerna*, *Frid.* de *Sigenheim*, *Rugerus* *VWetzel* & alij quam plures. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. LXX. Idus Septemb. Indictione XIII.

Donatio Curiae in *Amelstorf*.

**N**E rerum gestarum labatur memoria, inuenta sunt remedia scripturarum, quae consueuerunt fragilitatem humani generis aeternare. Hinc est quod nos *Berchtoldus* Dei gratia *Babenberg*, Ecclesiae Episcopus ad notitiam tam futurorum quam praesentium peruenire cupimus, quod dilectus fidelis noster *Ekkardus* de *Ambolstorf*, Curiam sitam in *Ambolstorf*, quam a nobis & a nostra Ecclesia in feodo habuit, praesentibus viris honorabilibus & fide dignis videlicet consanguineo nostro *Alberto de Hals*, *Alberto* incluso *Ortolfo de Wenge*, recognoscens ius Praepositi *Dietpoldi* venerabilis & Conuentus in *Osterbouen*, & quod ultra iurium calculum, super processione eiusd. *Chunn*, *Otto* lib. denar. Ratisp. idē Praepositus dederit recurrens ad propriam conscientiam libere & voluntarie pro suis peccaminibus, super aram S. *Margaritae* in *Osterbouen*, sine doli scrupulo resignauit, quam resignationem diligentissime approbamus indagantes veritatis experientia ita esse, & ob hoc eandem Curiam in *Ambolstorf* Praeposito *Chunn*, venerabilis in *Osterb.* & Conuentui ibidem contulimus resignationem praebitam nostri sigilli robore confirmantes. Et ut haec inconuulla permaneant atque rata praesentibus litteris testes idoneos duximus inferendos. Qui sunt *Emecko* Decanus Ecclesiae *Babenberg*, *Johannes* Decanus de *Muchel* Scholasticus ibidem, *Frid.* de *Weitzmen*, *Frid.* Custos Ecclesiae S. *Jacobi* in *Babenberg*, *Wernhardus* nostra curiae Capellani & nob. *Pupertus* de *Hertenstein*, *Vollandus* de *Wissentotiae*, *Berchtoldus* de *Wkenperge*, *Chunn*, *Chrumlimus* *Vricus* dapifer noster de *VVeinenstorf*, *Brumwardus* de *Babenberg* & alij quam plures. Datum apud *Nideraltach*, an. Domini M. CC. LXXVI. in d. e. beati *Remigij*.

Littera Decani *Patauieni*.

**N**OS *VVolfkerus* Dei gratia Decanus Ecclesiae *Patauieni* tenore praesentium profiteamur quod bonae memoriae D. *Albertus* quondam *Osterbouen*: Praepositus de assensu Conuentus sui curiam villicalem in *Prukk* quam olim *Ortlinus* in *Nouo foro* dum viueret praecaria possedit filio eiusdem *Ortlini* *Vbrico* impletori & uxori suae *Machtildi* recepta ab ipsis certa pecuniae quantitate concessit iure precario ad vitae ipsorum tempora sub conditionibus infra scriptis videlicet quod ipsi annis singulis vitae suae nomine seruicij insignum Domini & proprietatis titulum in Natiuitate beatae virginis X. sol. Ratisp. mon. persoluant Ecclesiae *Osterbouen*. sublatiisque ipsis ab hac vita, dicta Curia ad Ecclesiam *Osterbouen*. libere reuertatur. Profitemur etiam quod vir honorabilis D. *Vbricus* Abbas Ecclesiae *Osterbouen*: eundem contractum sub praemissis conditionibus de assensu sui Conuentus coram nobis similiter confirmauit. Vnde ne possit suboriri calumnia rogati a partibus praesentes dedimus litteras nostro sigillo munitas. Datum *Patauia* anno Domini M. CC. LXXIX. feria V. proxima post Pascha, Amen.

## Quod nobis liceat nostras Ecclesias Parochiales inofficiare.

**V**niuersis praesentes litteras inspecturis, *Milo* miseratione diuina *Suessionen*: Ecclesiae minister humil. salutem in domino. Nouerint vniuersi, quod nos anno Domini M. CC. LXXXIV. die Mercurij post festum beati *Dyonisij* in quodam priuilegio quod sic incipit, *Clemens* Episcopus seruus seruorum DEI, dilectis filiis Abbati *Pramonstraten*. Ecclesiae eiusque fratribus tam praesentibus quam



quam futuris regularem vitam eligentibus, apostolicum conuenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurfus, aut eos à proposito reuocet, aut robur quod absit sacrae religionis infringat, & infra & sic terminatur. Datum *Lateran.* per manum *Moyss. Romanæ Ecclesiæ* subdiaconi, vicem agentis Cancellarij, Kln. April. Indictione VI. Incarnationis Dominicæ, Anno Domini M. C. LXXXVIII. Pontificatus verò Domini *Clementis* Pape tertij, anno primo. Vidimus inter cetera quandam clausulam contineri quam de verbo ad verbum legimus & diligenter inspeximus, cuius siquidem clausulæ tenor sequitur sub hac forma: In parochialibus autem Ecclesiis quas habetis liceat vobis quatuor, vel tres de Canonicis vestris ponere quorum vnum diocesano Episcopo praesentetis, qui ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus, & ordinis obseruantia debeat respondere.

#### Litera super decima Papali.

Quia praesentis ætatis negotia consumit obliuio, nisi fidelis scripturae testimonio roborentur. Ego igitur *Reinhardus* plebanus Ecclesiæ S. *Pauli in Pataunia*, collector decimæ à Domino Legato sedis apostolicæ substitutus profiteor omnibus, praesentem litteram inspecturis, quod Venerab. Praepositus de *Osterhouen* de redditibus & proventibus computatis omnibus suæ Ecclesiæ totam decimam, videlicet LX. lib. Ratispon. den. & V. lib. Wien. mihi sub iuramento persoluit. In cuius rei testimonium & certitudinem firmiorè praesentem dedi schedulam, mei sigilli munimine roboratam. Dat. *Pat.* anno Domini M. CC. LXXXIV. XV. Kln. Aug.

#### Littera de Curia & censu *Pofching.*

Notum sit omnibus praesentem litteram inspecturis, quod ego *Evverbinus Ederstorffarius*, mihi & meis posteris per XXIII. lib. den. Ratisp. apud Dominos meos de *Osterhouen* Curiam in *Pofching* sub scripta conditione iure hereditario comparavi, videlicet ut ipsis annis singulis in festo beatae *Margaretæ XXXVI. Dn.* pro censu soluere, vel saltem infra octauam sequentem nullatenus contraditam, quod si fecerim in duplo dictis Dominis me profiteor obligatum, hoc adiecto, quod si eandem curiam vendere decreuerim, primo ipsos Dominos meos de *Osterhouen* requirere me promisi, si autem empuonè conducere recusauerint, cuiusque voluerit vendere vel obligare potero Curiam praenotatam. In cuius rei testimonium praesentem litteram mei ac dilecti mei amici *Hugonis* de *Osterhouen* duxi sigillorum prouidentia insigniri. Actum anno Domini M. CC. LXXXIV.

#### Precarium in der *Arve* iuxta *Champ.*

Nos *Albero* diuina miseratione Ecclesiæ in *Osterhouen* Praepositus & ibidem scire cupimus inspectores praesentium vniuersos quod nos Dn. *Elizabeth Poeslinen* cognomine in *Oxendorff* residenti, & quamquã prius eiusdem duobus filiis, *Hadmaro* videlicet & *Hagnoni*, & trib. filiabus, *Elyzabeth, Cecilia, & Sophia*, nostrum agrum idem qui *Arve* dicitur, cum suis attinentiis ad dies earundem sex personarum in omnem euentum locauimus sub hac forma, ut in die *B. Cholomanni* nobis duos mod. vnum *Sil.* & vnum *Arv* in Curiam nostram in *Chremsa* sine omni labore nostro annis singulis inde soluant. Conditionibus his adiectis, quod si tale serui-

*Metrop. Salisb. Tom. III.*

d 2

tium.

tium duorum modiorum aliquo anno persolvere nobis ausu temerario in die neglecterint memorato, ex tunc prædict<sup>o</sup> ager in nostram potestatem libere revertetur. Si verò tale seruitium non temere, sed impedimento legitimo nobis dare neglecterint suo die, ab illis talis negligentia nostro gratioso arbitrio relinquatur: & vt talis locatio robur obtineat firmitatis super ea, præmemoratis sex personis formauimus præsens scriptum, sigillorum nostrorum robore communitum. Cum testibus præsentibus idoneis & discretis, quorum nomina sunt, D. *Vilhelmus* &c. Datum in *Chremsa*, anno Domini M. CC. LXXXVI. In die vndecim milium, Virginum.

### De vigiliis & Missis in Capitulo.

Quoniam per varios rerum tumultus emergentes multa ab humana labuntur memoria, necesse est ea quæ ad posteros volumus emanare scripturæ testimonio solidare. Nos igitur *Albertus* Comes de *Hals* cupimus patefieri vniuersis præsentem paginam inspecturis, quod cum Domino *Vrico*, venerabili Præposito Ecclesiæ *Osterhouen*, de consensu & bona voluntate fratrum eiusdem loci felicem tractatum cooperante spiritu consilij pro eodem commodo & ob salutem & remedium animæ nostræ omniumque parentum nostrorum, tam succedentium quàm, & eorum qui feliciter decesserunt, taliter cum ipsis contraximus, illud Euangelij attendentes: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Vt singulis annis nobis viuentibus vna dierum, quam ad hoc eligerimus sex scassia. *Landavvensum* mensuræ siue frumenti siue alterius annonæ de qua eodem anno dicti fratres sustententur, & porcos sex, quemlibet valentem Dn. L X. distribuere pauperibus non omitterent, & quidquid de dicta Eleemosyna residuum exiterit, ibidem ad hospitalis domum deportetur, quod ex hoc pauperum indigentia valeat recreari. Fratrum verò confortio altera dimidia carrath vini cum alleciis & ouis cedet singulis annis de suis possessionibus tempore subnotato. Qualibet enim septimana vna dierum quam ipsi ad hoc elegerint circa vesperam vigiliæ defunctorum, ad sanctum spiritum & sequenti die Missa pro defunctis illic per Conuentus præsentiam persoluentur, nisi magnæ festiuitates, vt sunt hebdomadæ Natiuitatis & Resurrectionis Domini, & festu Pentecostes id ipsum interceperint. quo facto eodem die fratribus dimidia vna vini administrabitur, & oua duo cuiuslibet fratri cum cottidiana præbenda, quæ ex hac collatione nullatenus minuetur. In quadragesima singulis diebus ad Sanctum Spiritum conuentus mortuorum vespere decantabit, cui scilicet conuentui quolibet die per totam quadragesimam dimidia vna vini, & vnū allec, cuiuslibet fratri administrabitur cum cottidiana præbenda, quæ ex hoc detrimentum minime patietur. memoratam enim eleemosynam hoc anno & duobus sequentibus, ex parte prout melius poterint, & in quarto anno ac deinceps singulis annis perpetuo, sicut prælibauimus plenarie & fideliter persolvere non cessabunt. Quapropter præfatis fratribus in recompensationem sæpèdictæ Eleemosynæ duas vineas in *Austria* sitas, vnā in *Neunburch*, reliquam in *Chremsa* cum omnibus pertinentiis suis requisitis & irequisitis de nostra iusta proprietate contulim<sup>9</sup> possidendas ipsas super aram *S. Margareta* virginis & martyris publice delegando. Insuper secundum quod ius proprietatis super tali collatione exposulat, a festo sancti *Michaelis* proxime venturo per anni circulum, & tota die sequenti, si quas impetitiones à quibuscuq; hominibus pro dictis vineis passi fuerint pro eis certissime erimus

erimus responsuri. Ceterum dicta eleemosyna in nostre depositionis die quæ anniuersarius noster erit, pro nostri remedio & omnium parentum nostrorum, & eorum qui suis beneficiis se prædictæ eleemosynæ implicauerit, distribuetur æternaliter ipso die, in quo & Conuentus sicut solitum est in solemnibus anniuersariis, albo pane, vino, piscibus & ouis consolari debetur. Præterea ut supradictæ Eleemosynæ consolatio rata sempiternaliter habeatur, compromissimus ex vtraque parte quod quamcunq; viam venerabilis Episcopus Pat. Ecclesiæ super eo inuenerit, à nobis & posteris nostris firmiter obseruari, Vt autem hæc collatio felicitis Præpositi nostri firma maneat & integra, & ne aliquis temeraria præsumptio eiusdem collationi valeat obuiare, præsens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus communire. Huius verò tractat<sup>9</sup> testes sunt *Raechwinus* Prior, *Heinr.* Superior, frater *Walchunus* plebanus, frater *Vlricus Sueuus*, frater *Chunnr.* frater *Heinr.* infirmarius, frater *Vlricus* Cantor. frater *Grimoldus* Sacerdotes, frater *Fridericus*, frater *Hervvicus*, frater *Eberhardus* Subdiaconi. Milites autē sunt *Herm.* & *Meingotus* dicti *Tsel*, *Eberhardus* & *Otto* fratres de *Desenheim*, *Otto Rex*, *Leutpoldus* de *Ekkharting*, *Tyrolsus* officialis de *Osterhouen*. *Heinr.* de *Aemingen*. Item de familia Domini de *Hals* *Fridericus* de *Eglosheim*, *Godfridus* Index, *Albertus* & *Vlricus* fratres de *Fuert*, *Chunnr.* de *Ekkharting*, *Chunnr.* de *Fronstet* *Reinoldus* de *Perndorf*, *Eberhardus* de *Prukperch*, *Eberhardus* Præpositus de *Gottinsdorf*, *Heinr.* & *Fridericus* fratres dicti de *Heranstorff*, *Heinr.* Celler, *Gutmannus*, *Gerhobus* & *Albertus* fratres de *Ranuels* *Chunnr.* *Tragenreutte*, *Rugerus* de *Monten*, *Chunnr.* Notarius, & alij quam plures. Acta sunt hæc anno incarnationis Domini Milleesimo Ducentesimo LXXXVII, in octauo Assumptionis Beatæ Mariæ virginis.

## De Huba in Ebring

NE longinquitate temporis obscuretur conditio originis facta solent hominum scripturæ testimonio roborari, Idcirco. Ego *Hervvurgis* relicta Domini *Heinrici* de *Waldekke*, præsentib. confiteor & aperte profiteor, quod hubam sitam in *Ebring*, ad me iure proprietatis pertinentem, Dn. *Vlrico* venerabili Abbati & Conuentui S. *Margar.* in *Osterhouen*. Pat. dioc: deliberato consilio tradidi & vendidi pro XII. lib. Ratis, Dn. quorum solutionem & numerationem mihi confiteor esse factam renuncians non numeratæ pecuniæ doli mali exceptioni & omni defensionij, per quam de iure scripto vel non scripto postea supradicta venditio retractari. Processit enim dictæ venditionis contractus de voluntate & expresso consensu dilecti filij mei, Domini *Meingoti* Canonici Pat. & nepotum meorum qui publice iuri si quod eis in dicta huba videretur competere quomodolibet cesserunt & renunciauerunt in totum liberum venditioni meæ præbentes assensum. Prædictus etiam filius meus dilectus vsque ad annum & diem prædicto Cœnobio se auctorem & defensorem dictæ hubæ, se constituit contra iniuriantes, & quoslibet in pugnantes dictam hubam de proprietate vel etiam de aduocatione cum libera & exempta ab omni aduocationis sit dicta huba & nobis pro libera assignata. Erit etiam defensor præfatus Dominus *Meingotus* contra quoslibet suos consanguineos dictam hubam quocunque impugare volentes damna & interesse si quæ emerferint ob hoc dicto Monasterio soluturus. Eodem modo damna & expensas, quæ per extraneos occasione ante dictæ hubæ eidem euenirent Monasterio compensabit. Ad quæ scilicet ad liberum consensum huic venditioni & ad defensionem per annum & diem faciendam, &

dā, & ad solutionē damnorum persigillū suū huic appensū literē de sua voluntate se obligat & astringit. Huic etiam cōtractui bona fide celebrato interfuerunt, frater *Hermanus Gardianus* frater *Wernberus Lector* minorum fratrum, *Heinr. Graeslmus* ciuis *Ratis*: *Vilbalmus Liebhardus Frid*: de *Osterhouen* & alij quam plures. Placuit etiam partibus præsentem litteram sigillorum magistri *Vlrici* Decani *Ratisp.* Ecclesiæ, & fratris *Heinr.* Custodis fratrum minorum per *Bavvariā* munimine roborari. Acta sunt hæc *Ratisponæ*, anno Domini M. CC. LXXX. nono. V. Idus Decembris.

Manuum missio Abbatis *Altabens.* in duobus agris.

**N**Os *VVernhardus* Dei gratia Abbas *Inferioris Altab.* omnib. præsens scriptū intuentibus cupimus esse notum, quod habito consilio duos agros, quorū proprietates nos respexit, donauimus & dedimus Ecclesiæ *S. Marg.* liberē & pacifice possidendos, quorū agrorū, vnus est situs in campo villæ *Haerdorf.* secundus in campo villæ *Munichdorf.* & de illo secundo debet fieri memoria *Chunigundis de Mulhaim*, in dicta Ecclesia singulis diebus dominicis & festiuis, nihilominus tamen saluis decimis dictorum agrorum, quæ nostram respiciunt Ecclesiam pleno iure. Datum apud *Altab.* inferius, anno Domini M. CC. nonagesimo sexto. secundo Non. Ianuarij.

De iure patronatus Ecclesiæ in *Wintzer.*

**N**Os *Leopoldus* Dei gratia Episcopus *Babenberg.* recognoscimus fideliter per hæc scripta, & ad vniuersorum tam præsentium quam futurorum notitiam deducimus per præsentem, quod considerata magnæ deuotionis sinceritate, qua dilectus nobis in Christo, Dns. *Vlr. Ven.* Abbas totusq; Conuentus in *Osterbouen* ordin. *Præmonstr.* Pat. dioc. nobis & nostræ Ecclesiæ *Babenberg.* in temporalibus subiecti, nos & dictam nostram Ecclesiā gratis & acceptis seruitiis & sumptuosis expensis respiciunt reuerenter in condignę retributionis præmium seruitiorum quæ idem Abbas & Conuentus nobis & præfate nostræ Ecclesiæ hætenus exhibuerunt & exhibere poterunt in futuro ac in recompensam expensarū, quas circa nos & nostros versus *Carinthiam*, vel de ipsa terra *Carinthia* per *Bavariā* transeuntes, fecerunt & faciunt liberaliter & benigne. ac etiam vultus diuini nominis in dicto Monasterio eo amplius augeatur, & vt nostr. prædecessorum ac successorum nostrorum animarum perennis memoria in eodem Monasterio perpetuò peragatur, Ecclesiam parochialem in *Wintzer Pat.* dioc. cuius ius patronatus ad nos & ad nostram ecclesiā dinoscitur legitime pertinere, præfate Monasterio in *Osterbouen* accedente consensu & libera voluntate totius Capituli nostri donamus, & omne ius quod nobis & nostræ Ecclesiæ *Babenberg.* in nominata Ecclesia *Wintzer* competiit vsque modo, in ipsum Monasteriū transferimus per præsentem. Renunciantes ex nunc eidē iuri pro nobis & nostris successoribus liberē & expressè: ita quod Dn. Abbas vel qui pro tempore fuerit, fructus memorata Ecclesiæ *Wintzer* in subsidium præbendarū sui Conuentus prætaxato Monasterio deinceps valeat applicare. In cuius rei testimonium & euentiam pleniorē, sigillum nostrum, ac sigillum dicti nostri Capituli præsentibus fuit appensum. Et nos *Iohannes Henricus* de *Schellenberch* vice Decanus totumque Capitulum Ecclesiæ *Babenberg.* prædictæ confitemur consensum nostrum

strum expressum & liberum adhibuisse donationi prædictæ. Appendentes sigillum nostrum comune, vna cum sigilli reuerendi in Christo Patris & Domini nostri, Domini *Leutpoldi*, ven: Episcopi *Babenberg*: his literis in testimonium super eo, Dat. *Babenberg*. Anno Domini M. CCC. primo, III. Non. Maij.

De Curia *Porgsteten*.

In nomine Domini Amen. Quomodo generatio perditur & generatio aduenit, multis obuiamus incommodis, si res gestas scriptis & testibus successorum notitiæ obseruamus. Ea propter nos frater *Heinricus* dictus Abbas de *Walzbach*, totusq; ibidem Conuentus *Cistertien*. ordinis, *Ratisp*. Dioc. tam præsentibus quàm futuris duximus declarandum, quod cum Ecclesia in *Osterhouen*, villâ quandam nobis adjacentem dictam *Amazperch*, in paucis redditibus, utpote quæ ex angariis & indebitis vexationibus, aduocati ipsius villæ Domini *Rimbotonis* de *Schrovarzenburch* desolata quodammodo fuerat & inculta minus utiliter possideret nos v. si reuerendi Patris & Domini nostri venerabilis Abbatis de *Waltzschessen* fauore, consilio, & assensu eiusdem villæ aduocatiæ sub nomine Dominorum de *Osterhouen*, in numerata pecunia comparauimus, tandem mediante consilio venerabilis Abbatis de *Wimberg*, proprietatem ipsius villæ, cum omnibus pertinentiis, per modum concambij redeuntes, Curiam nostram videlicet in *Porchsteten*, omni aduocatiæ exornatam & institutionis liberè viris venerabilibus & deuotis Domino Abbati, ipsiusq; Conuentui in *Osterhouen*, cum omni integritate & iurisdictione qua nostra exiit proprietatis titulo tradidimus, vendidimus, seu pro præfata villa comutauimus perpetuo possidendâ, obligantes nos præsentibus iuxta terræ morem & consuetudinè, videl. per annum & diem ad omnem actionem seu petitionem quæ supradicta Curia ipsis seu ipsorum Monasterio moueri poterit, penitus abolendam sub propriarum dispendio expensarum. In cuius rei testimonium præsentem litteram conscribi fecimus, sigilli nostri, nec non venerabilis Abbatis de *Wimberg* caractere comunitam, testibus subternotatis, qui sunt *Eblingarius* & *Liebh*, famuli Domini Abbatis de *Osterhouen*. *Rugerus Viechtenstari*, *Hollandus*. *Albertus* famuli de *Wimberg*. *Liebh*. *Heinr. Vlr.* famuli nostri & alij fide digni. Actum anno Domini M. CCC. primo. S. Viti Martyris.

Ne in *Porgsteten* obligemur ad III. Sol.

Nos frater *Heinricus* Abbas in *Walzbach* constare volumus vniuersis presentia inspecturis, quod cum Curiam nostram in *Porchsteten*, sub libera institutione vendiderimus & tradiderimus viris venerabilibus & deuotis, Domino Abbati suoq; Conuentui in *Osterhouen* receptam in concambio quadam ipsorum villa dicta *Amazperg*, & in eadem Curia *Albeid* cõuersa de *Straubinga* haberet certos redditus, trium solidorum jure precario ad terminum vite suæ, nos præfata *Albeid*, singulis annis & certo die huiusmodi III. Sol. quos in ead. Curia recipere consueuerat tenebimur assignare, ita ut ipsi Domini de *Osterhouen*, seu quilibet ipsorum colonus in ead. Curia à præscripta cõuersa, seu quibuslibet suis consanguineis ratione juris precarij prælibati, nullum patiantur prejudiciũ seu grauamẽ. Si verò quod absit ex impetitione huiusmodi damnum aliquod fuerit ipsis ortum, ad recompensationem huiusmodi nos ipsis & ipsorum Ecclesie presentibus obligamus; dantes ipsis in euidens testimonium siue robur præsentem litteram sigilli nostri ac vener. Abbatis de *Wimberg*, de cuius consilio contractum huiusmodi fecimus, robore comunitam. Dat. *Walzbach*, an. Dñi, M. CCC. primo, IV. Non. Iul.

Confirmatio *Præmonst.* remedij *Halsij*.

*Willelmus* Dei patientia *Præmonst.* Abbas, & Abbatum eiusdem ordinis Capitulum generale, vniuersis presentes literas intuentibus salutem & salu-

tares in Domino orationes. Petitioni nobilis & Illustris Comitis *Alberti de Hals*, suorumque heredum voluntaria deuotione annuentes, auctoritate presentium confirmamus & approbamus omnes conditiones in eleemosynis, missis, & aliis orationibus, quas in suo testamento & perpetuo memoriali de consensu Abbatum de *Osterhouen* ac ipsius Ecclesie Conuentus ex bona deliberatione ordinauit, vel in posterum ordinauerit Domino concedente proprietariae fratrum Ecclesie prefatae praecipientes firmiter & districtè ne quis successorum eorundem Abbatum & fratrum praedictorum transgressor earundem conditionum existat vel immutare valeat quoquomodo nisi de ipsius Domini *Al. Comitis* suorumque heredum aliorumque nobilium sibi in hac deuotione adherentium consensu & voluntate, nunquam Capituli generalis, alioquin transgressores ad penas in instrumentis ipsius saepedicti Domini *Al. ac aliorum nobilium* qui inibi sua remedia ordinauerint, auctoritate presentium obligamus. Datum *Præmonst.* Anno Domini *M. CCC. III.* sedente Capitulo generali.

#### De Indulgentia magnæ Crucis,

**N**Os *Wernhardus* Dei gratia, Ecclesie *Patauien.* Episcopus, presentibus confitemur, quod cum venerabilis in Christo frater, Dominus *Vlricus* Abbas in *Osterhouen*, tactus dolore cordis intrinsecus super amaritudine passionis redemptionis nostri crucifixi crucem argenteam deauratam & gemmis pretiosis ornata appenso corpore ad imaginem & similitudinem crucifixi, impositis per manus nostras venerabilibus sanctorum reliquiis à parte sinistra pro cultu Ecclesie sue predictae in sui memoriam & remedium praeparasset. Nos ipsius deuotionem aduertentes, statuimus in virtute sancte obedientiae, & sub interminatione diuini iudicii vt nullus Abbatum seu quisquam alius eandem crucem alienare audeat circa *Osterhouen*: Ecclesiam perpetuo permanfuram. Caeterum pro honore crucifixi & sanctorum reconditorum in eadem omnibus verè poenitentibus & contritis qui eandem crucem portandam in processionibus vel contra ignis voraginem, vel aeris intemperiem secuti fuerint, decem dies criminalium, & viginti venialium misericorditer in Domino relaxamus. Datum *Pat.* Anno Domini *M. CCC. IV.* in die *S. Thomæ* Apostoli.

#### Admissio Capituli *Patauien.* de Ecclesia *Wintzer.*

**N**Os *Meingotus* Dei gratia Praepositus, *Meingotus* Decanus & Capitulum Ecclesie *Patau.* costare cupimus vniuersis presentes literas inspecturis, quod litteras venerabilis Patris Domini *Leupoldi* Reuerendi in Christo Episcopi *Babenbergen.* non abolitas non abrafas, non cancellatas, immò ex omni sua parte saluas sui ipsius nec aliorum subscriptorum sigillorum munimine insignitas vidimus & legimus continentie infra scriptae per omnia in hec verba: Nos *Leupoldus* Dei gratia Episcopus *Babenberg*: recognoscimus fideliter per haec scripta & ad vniuersorum tam presentium quam futurorum notitiam deducimus per presentes, quod considerata magnae deuotionis sinceritate, qua dilectus nobis in Christo Dominus *Vlr.* venerabilis Abbas totusque Conuentus Monasterij in *Osterhouen* ordinis *Præmonst. Patauien.* Dioc. nobis & nostrae Ecclesie *Babenberg*: in temporalibus subiecti, nos & dictam nostram Ecclesiam gratis & acceptis seruitiis & sumptuosis expensis respiciunt reuerenter in condignae retributionis praemium seruitiorum quae iidem Abbas, Conuentus, nobis & praefatae nostrae Ecclesie haectenus exhibuerunt & exhibere potuerunt in futuro, ac in recompensam expensarum quas circa nos & nostros versus *Carinthiam* vel de ipsa terra *Carinthia*

*Carinthie per Bavariam* transcentes fecerunt & faciunt liberaliter & benigne ac etiam ut cultus diuini nominis in dicto monasterio eo amplius augeatur, & ut nostra, prædecessorum & successorum nostrorum animarum perennis memoria peragatur, Ecclesiam parochialem in *Wintzer Pat.* Dioc. cuius jus patronatus ad nos & ad nostram Ecclesiam dinoscitur legitime pertinere prætato monasterio in *Osterhouen*, accedente cōsensu & libera voluntate totius Capituli nostri donamus, & omne jus quod nobis & Ecclesia nostra *Babenbergensi* in nominata Ecclesia in *Wintzer* competiit vsque modo in ipsum monasterium transfundimus per presentes, renunciantes ex nunc eidem juri pro nobis & nostris successoribus liberè & expressè, ita quod dictus Abbas, vel qui pro tempore fuerit fructus memorata Ecclesie in *Wintzer* in subsidium præbendarum sui Conuentus prætate monasterio valeat applicare. In cuius rei testimonium & eundem pleniorum, sigillum nostrum & sigillum dicti nostri Capituli præsentibus sunt appensa. Et nos *Iohannes* Præpositus, *Heinr. de Schellenberch* Vice decanus, totumq; Capitulum Ecclesie *Babenberg*: prædicte confitemur, consensum nostrum expressum & liberum adhibuisse donationi prætate, appendentes sigillum nostrum commune, vnà cum sigillo reuerendi in Christo Patris & Domini nostri *Leopoldi* venerabilis Episcopi *Babenbergen*. his litteris in testimonium super eo. Datum *Babenberg*, año Dñi M. CCC. primo. Non. Maij. Nos itaq; donatione huiusmodi tam piã & honestã ac rationabiliter factã non immerito commendantes auctoritate nobis in præsentiarum vacante sede pastoralis Ecclesie ordinamur competente ratã & gratã habemus, ipsamq; solidamus testimonio huius scripti sigilli causarum nostri Capituli caractere roborati. Anno Domini M. CCC. XVIII in crastino S. *Vdalrici* Mart. & Confessoris.

Defesto Conceptionis S. Mariae.

**A**dam Dei Patientia *Præmonstraten*. Abbas, & Abbatum eiusdem ordinis Capitulum generale: dilecto in Christo fratri... Abbati in *Osterhouen*, totique Conuentui ibidẽ, salutẽ & ordinationes in Domino salutares. Ad instantiam reuerendi in Christo Patris & Domini *Chanr.* venerabilis Episcopi *Ratisf.* concedimus & præsentibus litteris indulgemus, vt in Ecclesia vestra diem *Conceptionis B. Mariæ* Virginis, sub duplici festo, cum propria historia perpetuo celebretis, dummodo vobis & ipsi monasterio vestro, de competenti consolatione, per *Fridericum* eiusdem Domini *Ratisf.* Episcopi Notarium ordinetur. Datum *Præmonst.* Anno Domini M. CCC. quinto, in Capitulo generali.

Obligatio nulla de Parochia *Wintzer*.

**N**os *Vlricus* miseratione diuina Abbas totusq; Conuentus in *Osterhouen* tenore præsentium profiteamur, quod de Dominorum nostrorũ venerabilium Prælatorum cōsilio & cōsensu Domini L. videl *Vrpergen*. Visitatoris añui & patris Abbatis nostri Domini H. *Sorocen.* sui Cōuisitatoris Dñi *Wernh. Wiltin.* & Dñi D. *Windlbergen.* petitionem Domini *Hartliebi* nobilis viri de *Puechperch* quã à nobis frequentius ante eorundẽ aduentum cum maxima instantia admitti postulauerat, cui non absq; eorum assensu potuimus cōsentire, nunc admittim⁹ & eam suis suorum nostrorumq; successorum temporibus presentib. promittim⁹ inuiolabiliter obseruare, & est talis, vt in Ecclesia nostra parochiali in *Wintzer Pat* dioc. cuius jus patronat⁹ ad nos nostrãq; Ecclesiam pleno jure spectat ex donatione quorundã Domini *Leup. Ven. Episc. Babenberg.* & honorabilis Capituli ibidẽ non religiosum sed secularem liberaliter ponamus clericum, qui eandem officiet retẽto nobis añuo cẽsu ab antiquo exinde persoluto, vel quantum modo plus

plus vltra victualia inofficiantis presbyteri solui possit, dummodo prædicti donatoris juris patronatus, & eius Capituli voluntas accesserit & consensus. Cuius etiam Ecclesiæ collatio seu locatio quotiens imminet, ad nos debet libere & sine impedimento quolibet pertinere, nec ipse Dominus *Hartlibus de Puchperch* neque eius posterius debent vel possunt suis infestis petitionibus ad conferendam eandem cuiunque aliquo modo coartare. Sed quod præmissam suam petitionem admisimus nos nostramque Ecclesiam suis benignis pertractationibus promotionibus benevolentia si qua possunt, nos sponderunt vnanimitè & fauorabiliter promouere. In cuius rei testimonium sibi nostram damus litteram, nostrorum sigillorum & prædictorum Prælatorum munimine roboratam. Actum & Datum in *Osterhouen*, Anno Domini M. CC. C. sexto, In diuisione Apostolorum.

#### Confirmatio fraternitatis inter nos & *Altach*.

**V**iris religiosus & in Christo dilectis, Domino *Vrico* venerabili Abbati & Conuentui in *Osterhouen* ordinis *Præmonstraten*. *Wernhardus* Dei gratia Abbas & Conuentus Ecclesiæ *S. Mauritij* in *Altach* inferiori, ordinis *S. Benedicti*, cum orationibus salutem in eo qui est omnium vera salus. Legationes vestras hæcenus multiplices recepimus, super renouanda fraternitate, inter nostrum & vestrum monasteria olim habita, sed abolita vt dicitis temporum vetustate. Super quo vestrae charitati grates deuotas & humiles offerentes, eisdemque fraternitatis renouationem firmam & ratam iuxta petitionem vestram habere volentes, talem inter nos & vos nostramque & vestram Ecclesiæ pastorum & fraternitatis subiunximus vniõnem, videl. vt plenam participationem orationum & omnium spiritualium beneficiorum, quæ dante Domino in nostra Ecclesia fiunt, habeatis, in vita pariter & in morte. Hoc adjecto quod cum obitus alicuius vestrum nobis fuerit nunciatus, nomine suo in Kaln. nostro scripto, à quolibet sacerdote dicentur tres missæ, ab infirmorum verò gradu quolibet dicetur vnũ psalterium, & vnã quilibet corporalem recipiat disciplinam. Illiterati verò dicent centum & quinquaginta vicibus pater noster. Præterea singulis annis post Dominicam qua cantatur, Domine in tua, proxima vacante feria, generaliter, pro omnibus fratribus defunctis in vestro monasterio apud vos specialis commemoratio fiet, talis videlicet, vt pulsatis campanis vigiliæ defunctorum, & in mane missa vna cantetur publice in Conuentu. Ad supradicta autem vniuersa & singula astringi volumus & ligari si vos in eis omnibus & singulis parẽm nobis vicem & similem vicissitudinem faciatis. In quorum omnium euidentiam, præsentem litteras vobis damus, sigillorum nostrorum robore communitas. Acta anno Domini M. CCC. VIII. Indictione VI. In festo Patris nostri *Benedicti*.

#### De Seruitio *Mattenheim*.

**N**os *Vr* miseratione diuina Abbas protestauerunt in his scriptis quod nos secundum in *Mattenheim* ad mediam Hubam contulimus iure hæreditario *Hartlibo* & *Sifrido* dictis *Horpolli*, quæsitum & irrequisitum, tali pacto, vt dictam possessionem in campis villa metis & signis euidentibus ab aliis adjacentibus excipiant, & singulis annis nobis inde seruiant L. Den. cum tribus festis quolibet valente duos den. cum præsentatione valente i. den. in nostro placito generali, frequentabunt etiam alia placita nostra si opus fuerit ipsos alicui de quærmonia respondere sed consuetudinem aliorum heredum. Quod si negligenter in his fuerint, ex tunc omni iure suo priuabuntur, & dicta possessio ad nos liberè reuertetur



reueretur. Super quo &c. Testes *Eber*: prior, frater *Grimoldus*, *Martinus* provisor domus, *Ott de Aesenbaim*, *Dietricus* iudex, *Curro de Haideburch*, *H. Ebling*. Acta M. CCC. XI. in die Apostolorum *Philip. & Iacobi*.

Fraternitas data nobilibus à Capitulo generali.

**A**dam Dei patientia *Præmonstraten*. Abbas & Abbatum ejusdem ordinis Capitulum generale. Venerabili & dilecto in Christo fratri . . . Abbati, totiq; Conuentui in *Osterhouen*, vniuersis aliis quos nosse fuerit oportunum, tam presentibus quam futuris salutē in omni Saluatore. Cum affectus fidelium, quē habent in piis & bonis operib; sic promouendus & accēdendus in quantum potest fieri, vt & ipsorum deuotio augeatur, & diuinus cultus amplifietur, presertim q; exemplum bonorum operum fidelibus vniuersis: proinde nos *Adā* Dei patientia *Præmonst.* Abbas, & ejusdē ordinis Capitulum generale. considerantes affectū quē habēt ad ordinē nostrum & præcipuē ad Ecclesiā *Osterb.* viri spectabiles *Comites de Hals*, videl: *Albertus & Alramus*, nec non nobiles viri milites *Hartlibus & Syfridus de Puechperch*, *Wilhelmus de Wintzer*, *Frider. Saxo*, & *Gotfridus de Hansena*, cum eorum vxoribus & liberis, plenā participationem omnium bonorum, quæ in toto nostro sūt ordine, ipsis benigna in Domino concedimus charitate, adijcētes de gratia speciali, quod omnes conditiones & deuotiones, quas de missis vel vigiliis, seu aliis bonis operibus tam spiritualibus quam temporalibus in suis litteris expresserunt siue statuerunt, seu pro fratrum pietancia siue aliis operibus quibuscunq; approbamus, ratificamus, & confirmam; in perpetuum, sub harum testimonio litterarum, ita quod nulli hominum nobis seu ordini nostro subiectis, siue Abbas fuerit, siue alius qualiscunq; de ipsorū ordinatione, quicquā aliud facere liceat, quam quod prædicti benefactores *Osterhouen* Ecclesiæ, in suis litteris expresserunt, subterminatione diuini examinis & nostri ordinis disciplina: Datum & actum an. Dñi M. CCC. XII. sedente nostro Capitulo generali.

Donatio med. Hub. in *Eschelbach Reundorferij*.

**E**go *Eberhardus* plebanus in *Wintzer & Jordanus* germanus meus dicti *Reundorferij* presentibus profiteor, quod mediā hubā nostrā in *Eschelbach* sitā ante nemus quod dicitur *Strainchart* donauimus infirmariē Ecclesiæ *Osterhou.* sub tali conditione, vt quamdiu nos ambo vixerimus cuncti proventus, qui in omnem euentum ex hac prouenerint in vsus nostros integraliter cedere debeant añuatim: Sed Dominus Abbas prædictę Ecclesiæ eandem habeat instituire singulis añis nobis ambobus presentibus ad nostrum consilium & fauorem; vno quoque nostrum ab hoc seculo emigrante, alter qui superstes fuerit, diem obitus sui in amministrazione subscripta, videl. medij talenti denariorum ad refectorium Conuentus ibidem XXIV. denariorum custodi ipsius loci ad luminaria exequiarum diei obitus, quatuor denariorum sacerdoti in officiātū in die depositionis seu añiuersarij, quatuor quoq; denariorum ecclesiastico pro solempni pulsu cāpanarum añis singulis celebrabit, quo etiam mortuo, prædicta mediā huba cum omnibus suis prouentibus, quæ sint & inquirendis ad vsum præfata infirmarię sine omni contradictione vel juris cuiusquā vsurpatione omnium nostrorum, consanguineorum, vel etiam quorumcunq; aliorum liberē deuoluetur, & ex tunc dies añiuersarij obitus nostri amborum, simul die sub amministrazione præmissa integraliter seruanda de prouentibus ipsius medię hubæ per infirmariam quicquam fuerit in perpetuum celebrabitur, hoc addico, quod si quid vltra hujusmodi amministrazione vniuersalem de redditibus ipsius prædictę medię hubæ super fuerit hoc ipsum ad infirmariā pro infirmorū melioratione præben-

præbendæ debeat cedere annuatim. In cuius rei memoriam præsentis damus litteras, sigillorum Domine *Petrissæ* relicte, nobilis viri Domini *Hartlibi* dicti quondam de *Puechperch* piæ memoriæ, nec non Domini *Eberhardi* plebani de *Viechtah* munimine roboratas. Datum in *Osterhouen* anno Domini M. CCC. tricesimo primo, in die sancti *Nicolai* Pontificis gloriosi.

De quinta minutione & candel. pro festo *Corporis Christi*,  
& candel. *S. Albani*.

**N**E rerum pio deuotionis affectu gestarum labatur memoria, inuenta sunt à prosperitatibus remedia scripturarum, quæ consueuerunt fragilitatem humani generis æternare. Hinc est quod nos *Hermannus* diuina miseratione Abbas Ecclesiæ in *Osterhouen*, attendentes deuota & beneuolæ, nostri Conuentus in diuino cultu seruitia prouentus nostræ exterioris Parochiæ & oblationum, quæ in pios vsus redigi dignè debent, supernæ remunerationis intuitu, imò cõpassione naturæ inducti & hortati, pro commoditate communi, non priuata, sub conditionibus infra scriptis de communi consensu nostri prælibati Conuentus præuia matura deliberatione duximus nostræ infirmariæ perpetualiter annectendos. Videlicet vt ex prænotatis prouentibus siue oblationibus annis singulis in quinta minutione quæ hætenus haberi apud nos non consueuit circa festum beati *Iohannis Baptiste* consuetudini ordinis conformem, quam etiam ipse Infirmarius, qui pro tempore erit, secundum formam aliarum minutionum sufficienter ministrabit. Præterea vinum sacrificale quod custodes nostri Monasterij retroactis temporibus procurauerunt de communi nostro Cellari volumus recipi, hac condicionalitate subiecta, vt omnibus diebus ad eleuationem Corporis & Sanguinis Domini in publica Missa, duæ solemnes candelæ accendantur: & à festo *Pasche* inclusiue vsque ad festum beati *Michaelis*, in honorem beati *Albani*, contra malignitatem æreærum tempestatum, vna candela ardens, ad missam choralem per Custodè procuretur, quæ etiam post finem missæ antè *Corpus Christi* infra ambitum ad benedictionem frugum per ministrum deportetur. Cæterum ob reuerentiam Sacramenti Sacramentorum, in festo votiuo Corporis in processione quinque candelæ solemnes, ante & post Corpus Domini cum accendantur, quæ etiam pro publicæ missæ solemnia indeficienter rutilantes perseuerent. Vt ergo hæc nostræ actionis moralitas cunctis futuris temporibus inconuulsa & illibata permaneat, nos hanc chartam conscribi fecimus, & sigillorum, videl: Domini Reuerendi *Alberti* Præpositi Ecclesiæ *Vrspergen*. nostri Patris Abbatis, & annui visitatoris, nec non sui conuicatoris Domini *Chunr.* honorabilis Præpositi Monasterij *Schefelarn*, impressione muniri impetrauimus, & suæ auctoritatis plenitudine confirmari, ne aliquis nostrorum successorum eadem infringere, minuere, vel perturbare, aut alienare præsumat quoquo modo. Insuper ad maiorem euidentiã præsentis venerabilium Dominorum, scil. Domini *Gotschal. Wimbergen.* & Domini *Heinr. S. Saluat.* Ecclesiarum Prælatis, nec non nostri & nostri supratacti Conuentus sigillis procurauimus robore consignari. Datum & actum anno Dñi. M. CCC. XXXVIII. in festo Natiuitatis B. *Iohannis Baptiste*.

De vinea *Chremsleiten* à *Leubserinna*.

**N**Os frater *Otto* dictus Abbas *Zvueslen* Monast. totusque Conuentus ibidem: tenore præsentium profiteamur tam præsentibus quam futuris, quod honesta & Deo deuota vidua Domina *Gerdrudis* cognomine *Leubserinna* residens in-

ciuitate

ciuitate *Chremsa* pro Dei amore & spe retributionis æternæ, & de maturo consilio & bono fauore omnium hæredum suorum tempore quo ei bene licuit, vineam in *Chremleiten* sitam, de qua nobis in die S. *Michaelis* iure civili singulis annis octo denarii dantur Reuerendo in Christo Patri Domino *Hermanno* venerabili Abbati & Conuentui in *Osterhouen*, rationis compos & corpore sano, voluntate vltima delegauit iure quo ipsa tenuit perpetuo possidendam, & nos eandem vineam Abbati & Conuentui prænotatis contulimus de vnanimi consensu tenentes gratum & ratum testamentum memoratum tali conditione, vt in nostro iure nihil nobis depereat & præscriptus census ciuilis de sæpedita vinea tempore debito grangiæ nostræ in *Chrem*, Rectoribus porrigatur, & in huiusmodi euidens & firmum testimonium has patentes prædicto patri & Conuentui donamus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum in *Chremsa* nostra curia, an. Dñi M. CCC. XXXVI. In die B. *Francisci* Confessoris.

Iura Ecclesiæ *Babenbergen*. pro aduocatia.

DE redditibus Episcopi soluitur frumentum statuto iure in festo S. *Michaelis* accipiendum, publica taxatione quod vocatur *Fronchuff*. Porci qui vocatur *Sieivviskinge* quos Oeconomi dant in festo B. *Martini*, perfoluuntur porci maiores id est *Stechswein* in *Epiphania*. Cereuisia in *Purificatione* S. *Mariae*. Oues in festo S. *Georgij* Porcelli quos Oeconomi dant in festo S. *Petri* in æstate dandi sunt. Si placuerit Episcopo pecuniam pro seruitio recipere potest quod in eius arbitrio est. Pro medio tritici dantur XII. den. pro medio siliginis VIII. dn. pro medio auenæ VI. dn. Porci villanorum vnus. dn. Alter XV. Porcus maior de manso LX. nummos, agnus V. Quis redimitur secundum qualitatem pascuæ. Pro carrada cereuisiæ tres solidi maioris soluuntur. Si quis statuta lege & descripto tempore seruitium suum non persoluerit, duplum id est *Zvvispilde* vadiabit & bannum procuratori VII. dn. & si maior Curia vadimonium ad domum debitoris exegerit, illi etiam duos nummos dab. Quod si secunda vice nõ persoluerit, & procuratori inobediens factus fuerit simili modo commutabit. Si tertio culpabilis extiterit, de retento seruitio procurator quæ sita sententia colonorum iudiciali lege beneficium publicabit, & sine vsu fructu in potestate procuratoris stabit, XIV. diebus & si infra hos colonus non composuerit beneficium perdidit. Si quis colonus Episcopi tria edicta procuratoris contempserit, quæ comparens sui iudiciali sententia super eum prouulgauerit, tres bannos ad vsu placitum plenarie vadiabit, quorum duo procuratori, tertius aduocato cedit. Si cuiuslibet anni sterilitas terræ fructus non produxerit, antiqua consuetudine quod terra negauit, coloni reddere non cogentur, nec census ab eis exigetur, & à capitibus suis. Quod si alteruter fructus aut hyemis aut veris super federit, de medio fructu medium seruitium antiquo iure persoluetur. Lex est famulorum curia qui nec habent beneficium quod deseruiant nec sunt redempti decamina Episcopi. Quod si quis est artifex debet dare de capite suo XXX. nummos. Si non est artifex XV. nisi ex gratia ei aliquid remittatur. Quicumque legitime redimendus, in publico placito procuratoris redimendus est, secundum iustam sententiam familiarium. Redemptio autem viri ad dimid. talen. ad censum XX. X. dn. Redemptio mulieris LX. num. ad censum VII. dn. Coloni Episcopi ad quilibet Præposituram pertinere seruitium eius ad proximam ducent si eis denunciatum fuerit. Homines per possessiones fratrum *Osterhouensium* per omnia similem legem & iustitiam obtinebunt. Aduocatus *Osterhouensis* ex antiqua & inuiolabili constitutione & sanctione irrefragabili lege firmata non debet habere

bere non vnum legitimum & generale placitum in aduocacia duob. continuis dieb. Prima est hominib. Episcopi, altera est hominib. claustru. Quod si aliquid emerferit, quod procurator Episcopi & fratres ad illud generale placitum deferre noluerint vel nequiuerint pro arbitrio eorum familiariter discutiet. Quandoque verò non solummodo causæ ad eius examen spectant, id est, vehrat. notnenft, nahprant, heimsuchung & furta: horum reus vadiabit aduocato LX. nũ. pro pelle & capillis suis. Si pauper est & bannum persoluerere non potest, si quis amicorum eum redimere voluerit, datis fideiussorib. ne amplius culpabilis fiat, aduocatus renuere non poterit. Si hec ipse non fecerit, & nemo pro eo de villa pelletur. In his causis aduocatus nihil vltra iuris habet. Si homo Episcopi collegam suum occiderit, reddet hominem longum ad mensuram. VII. Gemund, secundum iudicium collegarum eiusd. conditionis. Insuper dabit Episcopo V. cal. modio cõponetur, non quod tertia pars pecuniæ cedet Episcopo. Non habebit aduocatus exactorẽ vel nahuoit, sed villici & Scheriones Episcopi & fratru exigent ei ius suum & iudicent placitũ. In tota aduocacia non habebit exactorem vel vnus medij, nec in placito suo quicquã petendo extorquebit, nisi cum oĩum beneuolentiã aliquid acquirat. Ex antiqua consuetudine non seruitur ei ad placitum suũ, quoniã pię memoriæ Otto Episcop. mortuo Vdalrico præfecto, qui hæc aduocatiã diu sibi violenter vsurpauerat & vastauerat. *Mezelino* seniori, & oĩbus sibi perpetuo in hac aduocacia successuris, hanc aduocatiã sub prædictis conditionib. firmissimẽ & immutabiliter exceptis, & oĩbus in antea temporib. inconuulso conseruandis cõcessit & omni seruitio & exactione quæstus XII. māsos in *Geinchouen* ei in feodo superaddidit. Insuper pię memoriæ *Eberhardus* Ep̃s præter iusticiam causa maioris beneuolentię constituit ei seruitium ad placitum suum, scil. duos modios tritici, vel ducentos panes, duos porcos, quorum vnus valeat XX. num alter XV. X, gallinas, XX. caseos, C. oua, duas urnas vini. IV. urnas cereuisiæ, VI. modios pabuli. Hoc seruitium datur ei *Osterbouen*, duobus diebus placiti sui. Vna die dat Procurator Episcopi, altera die procurator fratrum. Tandem seruitur de *Ering* & *Aspach* ea tamen conditione vt aduocatus remittat seruitium suum quod prius ei de *Ering* persoluebatur. Si fur extraneus in villa captus fuerit, Scherioni Comitis tradetur extra villam, sicut cingulotenus vestitus est. Si homo Episcopi fur esse publicatus fuerit, II. cal. bis redimi potest, & exlex erit. Si tertio infamatus fuerit, extra villam similiter iudici tradetur. Si quis culpabilis fuerit in homicidio vel furto, vel quacunque re, non debet capi, nec ab aduocato nec à procuratore, sed Scherio eam collegis suis oĩa quę habebit publicabit, donec ille se purgauerit. Tectum Monasterij debent procuratores de *Osterbouen* reparare & *Wintzer*. Ex parte claustru ille de *Osterbouen*, & ex parte Curie ille de *Wintzer*, & tegule semper ibi debent paratæ esse, quas procuratores præbebunt, quib. sacrista tectum reficiat. Tectum verò sanctuarij & turriũ & fenestras fratres procurabunt. Censuales V. den. nec placitis nec exactionib. nec qualibet violentia ab aduocato arctabuntur, nec feodi iure aduocatus eis præponet, nisi appositis vel procuratorib. pro externis nuptiis, vel aliqua supradictarum culparum ei delati fuerint, pro quib. vadium supradictum exsoluent. Hæc aduocatiæ iura prout à pię memoriæ venerabili *Babenberg*. Ecclesiæ Episcopo Domino *Ottone* instituta & sancita erant, firmillimis pactionibus ab antiquioribus eiusdem Ecclesię Ministerialibus & melioribus ac veteranis de familia, qui eisdem institutis interebant, coram Domino *Eberhardo* Episcopo recensita & restituta, & ab ipso nihilominus approbata, renouata, & memoriæ commendata, ego *Hermannus* Dei gratia in eadem sede successor.

indignus

indignus, hæc eadem & cætera Ecclesiæ ac familiæ nostræ iura sicut supra digesta sunt, & ad nos conferuata, recolens & confirmans huius instituti paginam, ne quis temerare præsumat, vel infringere ad iudicium firmitatis sigillo nostro muniri feci.

Fundatio Ecclesiæ in *Osterhouen*.

Imperatore tertio *Ottone* rebus humanis exempto *Heinr.* Dux *Bauaria* qui vocatus est iunior, in imperium subrogatur. Huic in ducatum *Bavaria* succedit *Heinr.* qui & *Hezel* dictus est, patruelis eiusdem Imperatoris. Hic duobus filiis orbarus, quos *Huni* peremerunt, Christum heredem sibi facere, instituens locum *Osterhouensem* fundare & patrimoniorum suorum copiosa liberalitate magnificare adorsus est. Sed præmatura morte traductus institutionis & propositi sibi heredem Imperatorem dereliquit. Hic quoniam & ipse sine hæredibus carnis permansit, *Babenbergensem* Episcopatum fundauit, & *Osterhouensem* Monasterium cum omni prædicti Ducis patrimonio Episcopatui donauit, & subiecit, & sæculares Canonicos in loco *Osterhouensi* ordinauit, constituta eis præbenda, de modica portione prædictarum possessionum, quæ institutio pene per C. annos vique ad *Ottonem* Episcopum permansit. Hic consilio *D. Noyperii* Archiepiscopi sæcularibus Canonicis locum *Osterhouensem* mancipans, *Pramonstraten*: ordinem deuotè induxit. Anno ab incarnatione Dñi. M. C. XXVII. regnante *Leuthario* Imperatore, & *Innocentio* II. PP.

Libertates à fede de possessionibus Dominorum  
de *Horbach*.

*Gregorius* IX. Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis *Henrico* Præposito, & Conuentui Monasterij de *Osterhouen*, *Pramonstraten*. ordinis salutem, & apostolicam benedictionem. Iustis petentium desiderijs dignum est nos facilem præbere cõsensum, & vota quæ à rationis tramite nõ discordant, effectu persequente complere. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu possessiones, & alia bona vestra quæ sicut vos asseritis nobilis vir de *Horbach Chunr.* Monasterio vestro pia liberalitate concesserit, sicut ea iuste omnia possidet, & quiete vobis & per vos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrimonico patrocinio comunimus. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & Apostolorum *Petri & Pauli* senouerit incurfurũ. Dat. *Lateran.* X. Kln. April. Pontificatus nostri an. IV.

L. Apostolicæ de Decimis *Goszenpach*, *Chrems*, *Centingen*, & *Gerling*.

*Gregorius* IX. Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis *Heinrico* Præposito & Conuentui Ecclesiæ sanctæ *Margaretæ* de *Osterhouen* *Pramonstraten*. ordinis, *Patauen*. Dyoc. salutem & apostolicam benedictionem. Sacrosancta Roma Ecclesia deuotos & humiles filios ex assuetæ pietatis officio propensius diligere consuevit, & ne prauorũ hominum molestijs agitentur, eos tanquam mater pia siue protectionis munimine cõfouere. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis precib. inclinati personas vestras & locum in quo diuino obsequio micipati, cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum præstante Domino iustis modis poteritis adipisci sub B. *Petri* & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem Ecclesiã de *Osterhouen*. cum *Capellis* & pertinentijs suis. Decimas quoque & *Curtis* de *Goszenpach*, de *Chrems*, de

*Centingen, Geroltingen, Grezzentrant, VVartperge, nec non libertates immunitates à Babenberg, & Patavien: Episcop. de capitoorum suorum assensu Monasterio vestro pia liberalitate cōcessas possessiones, terras, redditus, prata, nemora, vineas, & alia bona ipsius Monasterij sicut ea omnia iustè possidet & quietè, ac in litteris super his confectis plenius dicitur contineri, vobis & per vos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum *Lateran.* V. Kln. Aprilis, Pontificatus nostri anno IV.*

L. Apostolicæ de *Ebring, Aeming, Entau, & Schorten.*

**G**regorius IX. Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis & Præposito & Conuentui Monasterij *Præmonstr.* ordinis. Salutem & Apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, & vota quæ à rationis tramite nõ discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, de *Ebringe, de Aeminge, de Entauve, de Scharten* grangias cum decimis & alias earundem pertinentis quas vos proponitis assensu canonicè, sicut illas iustè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidem Monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis DEI & Apostolorum *Petri & Pauli* se noverit incursum. Datum *Lateran.* Kln. Aprilis, Pontificatus nostri anno IV.

Confirmatio sedis de Parochia *Osterhouen.*

**A**lexander IV. Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Episcopo *Patavien.* salutem & apostolicam benedictionem. Cum multiplicata sit usque adeo iniquitas superborum, quod quasi aquam maledictionem bibentes, Ecclesias & personas Ecclesiasticas persequi non desistant, multiplicari debet humilium æquitas contra eos, vt sapientia vincens malitiam virgam peccatorum, super sortem iustorum minimè derelinquat. Cum igitur sicut dilectus filius Abbas *Præmonstraten.* pro se ac cæteris coabbatibus Præpositis ac Conuentibus vniuersis *Præmonstraten.* ordinis nobis exposuit, Nonnulli qui nomen Domini recipere in vacuum non formidat, ipsos in personis & reb. suis aggrauant & molestant, nos volentes & præsumptorum huiusmodi refragari conatibus, & eorundem Abbatum, Præpositorum & Conuentuum grauaminibus congruis subsidij subuenire, Fraternalitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus non permittas ipsos contra indulta priuilegiorum & indulgentiarum sedis apostolicæ super inofficiatione Parochiarum seu capellarum suarum eiusdem concessorum ab aliquib. indebitè molestari. Molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Dat. *Lateran.* IV. Nonas Ian. Pontificatus nostri anno tertio.

L. Apostolicæ de introductione ordinis in Ecclesiam *Slagen.*

**H**onorius III. Episcopus servus servorum DEI, dilectis filiis G. Lectori & Fratribus Sanctæ *Mariæ* in *Slag.* *Præmonstr.* ordinis, salutem & Apostolicam bene-

benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis & honestis petentium precibus fauorem beneuolum impertiri. Sane sicut ex parte vestra fuit expostitum coram nobis, cum venerabilis frater noster . . . *Patau. Episco.* Ecclesiam S. *Mariae de Slag* de voluntate patroni eiusdem Ecclesiae Capituli sui accedente consensu vobis pie ac prouide duxerit conferendam, in ea secundum *Præmonstraten.* ordinis instituta Domino seruituris, nos vestris precibus inclinati quod per eundem Episcopum super hoc prouidè actum est, auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum *Lateran.* IV. Non. April. Pontificatus nostri anno V.

De redditibus *Hall* ab Episcopo *Babenberg.*

**E***V*erhardus Dei gratia *Babenberg.* Episcopus *Rudolfo Hallensi* omne bonum. Mandamus vobis sub obrentu gratiæ nostræ, vt quod de villicatione vestra fratribus nostris debetur, iuxta quod in presenti charta notatum est, certo deinceps tempore quod vobis & ipsis complacuerit sine contradictione persoluatis, singulis IV. claustris his que hic notata sunt, charta nostro sigillo signatam commodaauerimus, vt huius nostræ constitutionis ipsi fratres nostri testes sint: Quorum utilitatibus hæc bona nos & beatæ memoriæ prædecessores nostri *Otto* videl. & *Eilbertus* Episcopi prouidimus, *Rudolfus Hallensis* & vxor eius *Irngart*, persoluunt vt constitutum est IV. claustris s. *Aspach, Osterhouen, Bruuiningin* omni anno vel sex tal. & dimidium vel quantum salis pro hac pecunia dare debetur. Quarū rerū distributio talis est. Ad *Aspach* persoluunt vnum tal. vel VIII. carrat. salis, Ad *Alderspach* X. sol. vel X Carr. salis. Ad *Osterhouen* XII. sol. aut totidem Carr. salis Ad *Bruuinig.* XX. sol. vel totidem Carr. Salis, sexaginta dn. qui super sunt de prædicta pecunia ad ius villie pertinent.

## De Capella infra turre.

**N**otum sit Christi fidelibus nunc & in futuro *Otto* beatæ memoriæ Dei gratia *Babenbergen.* Episcopus; Capellam quam in honore S. *Mariae* construxit & dedicauit circa an. Dn. M. C. X. S. *Margareta* feliciter & humiliter pro animæ suæ remedio contulit, eum omni totali beneficio, quatuor mansus, & tertiam partem vnius mansus. Insuper dimidium mansum *Osterhouen. fratrib.* in eodem loco Deo militantibus proprietariis, quem Sacerdos quidam *Engelgiz* præsens pro beneficio habuit. Addit etiam his dimidium mansum *Maegnig.* ad anniuersarium obitus diem *Hezli Ducis*, dimid. tal. *Wintzer.* & dimid. de *Osterhouen* duos mansus & dimid. in honore S. *Margaretae* assignauit, vt annuatim eius memoria pie & honestè condicatur & locum quendam iuxta *Goffenpach.* Item addidit mansum *Rupertii* de *Lintzing* ad idem altare seruiendum.

## Quod Monasterio liceat suas Ecclesias Parochiales in officiare, &amp; indignos reuocare.

**V**niuersis præsentibus litteras inspecturis. *Milo* miseratione diuina *Suesion* Ecclesiae minister humil. Salut. in Domino. Nouerint vniuersi quod nos anno Domini M. C. C. LXX XIII. Die Mercurij post festum beati *Dyonisij* litteras infra scriptas vidimus, & diligenter de verbo ad verbum inspeximus, tenorè qui sequitur continentes. *Alexander* Episcopus seruus seruorum Dei. Veni fratri;

fratribus, Archiepiscopis & Episcopis ad quos litteræ istæ peruenerint, *faciæ*, & apostolicam benedictionem dilecti filij Abbas *Præmonstrat.* & alij Abbates sui ordinis coram nobis exponere curarunt, quod cum canonici eiusdem ordinis comorantes in parochialibus Ecclesiis ad ipsos spectantibus, aliquo casu delinquerent, ita quod expediret eos ad claustrum suum recepturos disciplinam ordinis reuocari. Quidam vestrum indignum fauorem impendentes eisdem, ipsos retinere conantur in locis in quibus nequeunt absque scandalo & ecclesiarum ipsarum dispendio comorari. Ad hæc cum in eorum aliquos propter suos excessus excommunicationis sententiã prouulgatis, relaxare non uultis eandem nisi pœna pecuniaria præcedente. Ideoq; vniuersitatẽ vestram ad instar bonæ memoriae H. PP. prædecessoris nostri rogandã duximus & mouendam per apostolica uobis scripta mandantes, quatenus cum dicti Abbates tales ad claustrum propter scandalum & ecclesiarum dispendiũ euitandũ, seu etiam pro disciplina monastica, circa delinquentes huiusmodi exercenda duxerint reuocandos non obstitatis eidem, nec illis fauorem indebitum impendatis, sed instituentes prout ad uos pertinet, in ipsis Ecclesiis alios uobis præsentatos ab ipsis delinquentes reuocari, ad claustrum liberè permitteatis disciplinam ordinis recepturos ne aliter faciendo tribuatis eis audaciam detractandi obedientiæ iugum & ipsorum Abbatum potestatem quodammodo enuetis. Illud autem distriktius inhihemus, ne pro relaxandis excommunicationis sententiis prouulgatis in ipsos pœnam pecuniariam exigatis, cum nec habeant proprium, nec illorũ culpa debeat in Ecclesiæ dispendium redundare. Datum *Agnania* IV. Non. Nouembris. Pontificatus nostri anno secundo.

#### De quadam uinea in *Chrems.*

**N**OS Capitulum *Pat.* Ecclesiæ per præsens scriptum notum facimus vniuersis, tam præsentibus quàm futuris. Quod fratres de *Osterbouen* habuerunt uineam incultam in monte qui dicitur *Pfassenberg.* Vineam illam *Otto* inclusus suscepit excolendam in remissionem peccatorum suorum, tali tamen interposita conditione, quod vnam uinam vini eo uiuente claustrum præfatum singulis annis persoluere non obmittat uinea de eadem. Præterea prædictus *Otto* habuit uineam uinea fratrum prædictorum contiguam, quam præfatis fratribus de *Osterbouen* post diem obitus sui tradidit diuinæ remunerationis intuitu, ut in festo *B. Osuualdi*, ipsius & uxoris suæ *Irgardis* memoria annis singulis celebretur de prædictarum fructibus uinearum. Ut autem testamentum illud ratum sit, & prædicti fratres securi esse possint à suorum impulsatione amicorum, *D. Engelschalcus* Iudex, *Heinr. Goltstein Chunr. Setzer* ciuis *Pat.* prædictis fratribus de *Osterbouen* pro *Ottone* incluso fide iusserunt. In cuius rei testimonium præsentem paginam tam nostra quam prædictorum fratrum de *Osterbouen*, sigillis fecimus roborari.

#### Precarium in *Entau.*

**A**lbertus Dei gratia Comes de *Pagen*, omnibus hac litteras inspecturis, salutem & plenitudinem omnis boni. Notum facimus præsentibus & futuris quod Curiam vnam in villa *Satsdorf* tradidimus Ecclesiæ sanctæ *Margarete* in *Osterbouen* perpetuo possidendam. Præterea nouerint vniuersi quod fratres præfate Ecclesiæ Curiam in *Entau* uel *Marquardo* Magistro pistorum commiserunt, ut annuatim eis soluat inde censum constitutum, ita tamen ut eo decedente nullus hæredum, nullus amicorum suorum, aliquid iuris habeat in

Curia.



Curia prænotata, nec etiam juvenis ipse M. aliquam potestatem in ea habebit, nisi secundum quod consensus prædictorum fratrum admiserit & voluntas. Item *Marquardus* tradidit præfatis fratribus prædium quoddam in *Entarve*, ad censum XXX. Dn. Hi sunt testes, *Heinr senior Pfolinger*, *Gerhardus*, *Marfchalcus*, *Chalchobus de Winzzer*, *Albertus de Challenberch*, *Dietmarus de Pading*, *Eberhardus de Tundorf*.

## Catalogus Præpositorum &amp; Adbatum Monasterij

Osterhouen.

- I. EVCHWINVS, Præpositus ordinis *Præmonstraten*, 1. elig. an. 1138. rexit duobus annis, & resignavit.
- II. TRVCHMARVS el. an. 1140. præf. an. 15. sub Papa *Eugenio*: à quo impetrauit, ut ordo *Præmonst.* perpetuis temporibus in hoc monasterio conseruetur.
- III. ENGELSCHALCVS, præf. an. 1155. præf. an. 25.
- IV. DIETMARVS, an. 1180. rexit mensib. octo.
- V. WALTHERVS, præfuit an. 16.
- VI. GERVNGVS el. an. 1196. gubern. an. 32.
- VII. VDALRICVS, el. an. 1228. rexit an. 12. & successori suo liberè resignavit; ipse pastoris cura magna cum industria functus est.
- VIII. BERTHOLDVS an. 1240. electus, præfuit anno vno, & resignavit.
- IX. HENRICVS el. an. 1241. cum præfuisset an. 13. resignavit.
- X. EBERHARDVS, præf. an. 1. & depositus est.
- XI. VDALRICVS II, post menses duos resignavit.
- XII. HERMANNVS el. an. 1256. rexit 6. mens. & deponitur.
- XIII. ALBERTVS el. an. 1257. præfuit an. 3.
- XIV. DIETPOLDVS, post an. V. deponitur.
- XV. HARTWICVS elect. an. 1265. post 6. menses resign.
- XVI. CONRADVS, elapsis an. 16. depositus est.
- XVII. VDALRICVS III, el. an. 1283. cum præfuisset an. 2. resign.
- XVIII. ALBERTVS, rexit duob. an.
- XIX. CONRADVS II, præfuit 6. mens.
- XX. VDALRICVS, de *Pertolzhaim*, de licentia ordinis, primus in Abbatem huius nominis consecratur an. 1288. & præfuit an. 36.
- XXI. VDALRICVS V. dict. *Spörl*, el. an. 1325. præfedit an. X.
- XXII. HERMANNVS præf. an. 13. sepultus ante altare S. *Augustini*.
- XXIII. PETRVS el. an. 1339. rexit an. 12. & resign. sepultus ante altare S. *Nic.*
- XXIV. ALBERTVS præfuit 36. Septimanis.
- XXV. WILHELMVS, deponitur cum præfuisset an. 5.
- XXVI. RVTGERVS an. 1367. electus, gubernavit an. 22. sepultus ante altare S. *Augustini*.
- XXVII. ANDREAS, el. an. 1390. præf. an. 15.
- XXVIII. IOANNES, præf. mens. 3.
- XXIX. IOANNES Vetter el. an. 1406. Hic à Sum. Pont. Infulam impetrauit, præf. an. 15. sepultus in sacello S. *Ioannis Evangelistæ*.
- XXX. ERNESTVS, rex. mens. 6.
- XXXI. ANDREAS dictus *Kamp*, el. an. 1422. cum præfuisset an. septem. Ob. sepultus ante altare S. *Mariæ Magdalena*.
- XXXII. MARTINVS dictus *Wirfinger* el. an. 1429. præf. an. 8. sepultus ante altare S. *Augustini*.

- XXXIII. PETRVS *Lamp*, artium Magister, rexit an. 10.
- XXXIV. *Amelstorfer*, præf. an. 14. Sacrarium fornicario opere fieri fecit, sep. ante altare S. *Bernardini*.
- XXXV. IOANNES *Schiltl*, præf. an. 23. sub cuius regimine templum testudinatum est, sep. ante altare SS. *Trinitatis* in Capitulo.
- XXXVI. GEORGIVS *Holtzl*, à Conuentu vix exoratus, Abbatie clauem excepit, rexitq; an. 16. postea æmulorum injuria adactus resignauit. Fontem iuxta Bibliothecam effodi curauit. Obiit in *Krembs*.
- XXXVII. IOANNES *Retzinger* elig. an. 1500. Ecclesie sibi creditæ prudens dispensator, ac solertis ingenij Abbas, qui ante prelaturam susceptam Ecclesie suæ plebanus, insignis verbi Dei interpretis est habitus. rex. an. 4. cum dimidio.
- XXXVIII. VITALIS de *Seiboldsdorf* el. 1505. tam stemmatis origine clarus, quam pietate omniq; virtutum genere excultus. præf. an. 4.
- XXXIX. STEPHANVS *Vrsinger*, el. 1508. præf. an. 35. sepultus in sacello S. *Stephani* in ambitu. Hic primus fuit qui bona pietantiæ Conuentui contraxit, suis etiam successoribus debita perfoluenda. Sub huius regimine an. 1512. ad vincula S. *Petri* Apostoli turris Ecclesie fulmine tacta vnâ cum campanis, Organo, & parochiali Ecclesia tota combusta est. Postea hic Abbas parochialem Ecclesiam igne collapsam, è fundamentis erexit, & duas campanas magnis impensis fieri fecit.
- XL. IOANNES *Pock*, antea prouisor in *Eberstorff*, elig. an. 1544. præf. an. II. cum dimidio sepultus ante altare S. *Augustini*. Post obitum illius præficatur monasterio, forsan insolentia Conuentualium *Augustinus* Abbas Monasterij S. *Saluatoris*, in nemore *Steinkhart* siti; monasterij *Osterhouen* exjure patronatus filius, & literarum & literatorum osor maximus, qui suis junioribus nec pœdagogum alere, nec quicquam librorum emere voluit.
- XLI. GEORGIVS *Schregl Ingolstadiens.* an. 1548. electus, rexit an. 7. & depositus, officio pastoris in *Hofkirchen* fungitur, vsque ad obitum; inde ad monasterium translatus, ante altare S. *Nicolai* sepelitur.
- XLII. WOLFGANGVS *Scharfnickel*, præfuit an. 2. & cum esset hæresis Lutheranae spectator, deponitur. Ille verò abjecta veste & professione monastica, clam discessit; & in pago *Reicherzhovven* propè *Ingolstadium*, inter professionis suæ consortes vixit.
- XLIII. IOANNES *Bitterl Abusiacens.* professus in *Staingaden* administrationem monasterij *Osterhouen*. ab anno 1558. gessit per an. 1. cum dimidio: deinde in Abbatem confirmatus, benè præfuit an. 20. ante altare S. *Erasmii* in Capitulo sepultus.
- XLIV. IOANNES *VVolf de Ponte* propè *Schongauium* oriundus an. 1579. Dominica Cantate ex Cellario in administratorem electus, præfuit administrationi an. 4. Postea *Vrsperge* in Abbatem confirmatus, rexit an. 14. & resignauit. Hic ædificauit nouam Abbatiam; nouum quoque organum fieri fecit: & sub eius regimine dormitorium testudinatum est.
- XLV. MICHAEL *Vögele Vrspringens.* propè *Staingaden*, ann. 1593. in vigilia ascensionis Domini, ex Priore in Administratorem eligitur; ac eodem anno *Noua Cella* propè *Frisingam* in Abbatem confirmatur. Hic antecessorum suorum imagines pingi curauit; & Bibliothecam plurimorum librorum coëmptione studiosè auxit.
- XLVI. IOANNES *VVeckl Aitterbacen.* propè *Frisingam*, modernus Abbas eligitur & confirmatur an. 1604. die 21. Februarij.